HActenus de his: nūc de decoro comico pauca addamus. Decorū qd greci prepon vocāt eſt decentia deceſiꝗ obſeruatio ꝓprietatis perſonarū rerū verborū ⁊ totius artificij. Pro perſonarū decoro conſiderare opꝫ etates. ſexus. fortunas. patriā affectionesq̄ earū. Decorum etatis requirit: vt dicit Horatius qd puer qui iam primū cepit loqui ⁊ rect⁹ ambulare deſcribatur talis qd libēter cupiat cū alijs pueris ludere currere cito iraſcatur ⁊ pro paruo re offendat: ⁊ iterum ꝓ modica re placet. Jtē ꝙ tot⁹ inſtabilis ſit nūc ridens nunc flens. Uerba etiam puerilia erunt ſicut ⁊ alia omnia vt videmus q̄tidie pueris eſſe. Adoleſcēs aut adhuc imberbis qui tū non eſt amplius ſub cuſtodia magiſtri: aut ſub virga parentū ſed etiam libertatem hꝫ exeundi ⁊ redeundi quo ⁊ vnde libet. Talis vt etiam Terentius dicet in prima comedia gaudet equis ⁊ canibus venatorijs gaudet currere in campis herboſis: ⁊ eſt facilis ad vitia perpetranda. Si quis aūt ad virtutes eum cohortatur talē odit grauiterq̄ fert de vtilitate ſua parū curat veſtibus elegantibus delectatur: ⁊ quas res amat nimium amat: ⁊ cito tū derelinquit. Poſtꝙ autem paulo maior effectus eſt ⁊ inter iuuenum cetum conuerſatur: tunc amare occipit ⁊ rem dilapidare parentes vt quod puellis det habeat decipere: omnia aūt ſuperbe ⁊ pompoſe facit ⁊ preter corpus parum curat. Uirilis aūt etas que in trigeſimo anno incipit alia longe deſiderat. Nam vir incipit diuitias cōgregare amicitias ⁊ ſodalitates inire honores ⁊ dignitates ambire: nihil aūt cōmittere velit cui⁹ eum poſtea pigeat. Senex autem quinquagenarius aut ſexagenarius multa patitur mala ⁊ incommoda. Nam ſenex naturaliter eſt auarus. Querit ⁊ inuētis miſer abſtinet ⁊ timet vti. Omnia aūt q̄ facit aut expedit tenaciter facit: nihil cito dat aut cōſentit. ſemper eſt querulosus ⁊ difficilis. Nihilq̄ validum hꝫ in corpore preter linguam qua ſe iactat multa in iuuentute ſua geſſiſſe que egregia eſſent multoſq̄ tūc homines meliores ⁊ fortiores ⁊ maiores fuiſſe. Omnes aūt vult corripere ſemper ſenis ē correctoꝛ. In perditione rerū impatiēs ⁊ imodeſte dolēs: has aūt cōditiones comici poete diligenter obſeruant. Sed aū ola opꝫ ꝙ verba ſint conformia etati vt ſuo loco dicam. ¶ Decorū ſexus requirit vt alia lōge ſint facta ⁊ verba que viris attribuunt ꝙ illa q̄ feminis. Femine eñ ſunt inconſtantes: mutabiles modo nimiū blāde ⁊ affabiles: mō nimiū minaces ⁊ proterue: modo multū iocoſe: modo nimium triſtes: mō fauorabiles: modo inuice. nihil preter inconſtantiā obſeruātes in viris decipiendis aſtutijſq̄ rerū prauarum vehemēter ſolertes: verū non omnes eiuſmodi ſunt. Ideoq̄ preter ſexum notādus eſt ſtatus ⁊ vita. Nam matrona honeſta verecundiā probitatē: amicitiam hylaritatem concordiam. pacem ſalutē familie proſperitatem mariti omnia eſſe velit. Uirū delectat: familiā protegit: pauperes fouet deos veneratur. Et quia in nulla re maior eſt diuerſitas quā in animis mulierum: ideo varie ſcripture mulieres nūc laudāt: nunc cauendas eſſe docent. Ceterum poeta debet ſequi id qd vt plurimum fit: precipue qui ad libitum ſuum materiam capit: Nam qui hiſtoriam ſcribit veritatem rei geſte ſequi dꝫ. Si tū comici preter conſuetudinē dicant aliquas perſonas aliquid egiſſe: hoc quoque fatebuntur preter communem conſuetudinem euenisse ne videantur decorum ignoraſſe Quamobrem Terentius quādo ſocrum deſcribit qui nurum ſuam amauit ⁊ meretricem que amorem inter amatorem ſuum ⁊ eius vxorē reconciliat fatetur id preter naturam cōmunem contigiſſe vt ſuo loco dicemus. Uirilis autem ſexus ſemper cōſtantior ⁊ grauior eſt quā muliebris. Solēt autē dici mulieres ex ingenita natura ſolertes ⁊ induſtrie. Ideoque dicunt cōſilia mulierū ex induſtria ⁊ ingenio ſine deliberatione data eſſe meliora quā que cū multa deliberatione dare volunt. Decorum fortunarū ſeu ſtatuū precipue ſeruari debet. Nam lꝫ due pſone eiuſdem ſexus ⁊ etatis fuerint: non tñ eoſdē mores eadēq̄ verba habere debent. Unde dicit Horatius. Intererit multū dauus ne loquat an heros. Magna eſt inquit differentia an loquatur aliquis infime: hoc eſt ſeruilis cōditionis cuiuſmodi ſunt daui in comedijs an loquat heros: hoc eſt vir excellētiſſimus ⁊ ſemideus q̄ heros dicit. Aut ſic dauus ne loquatur heros niſi an ſeruus an dñs. Si ergo mulier inducat loqui: vide cui⁹ ſtatus ⁊ fortune ſit. Nam matrona aliter loquitur aliterq̄ facit ꝙ ſerua mulier honeſta aliṫ ꝙ impudica. Similiter vir ſapiēs aliter ꝙ ignorās: ⁊ in magiſtratu exiſtens aliter ꝙ priuatus: Rex aliter ꝙ ruſticus. Et breuiter vt quotidie quiſq̄ facit ac dicit ita a poeta inducet. Decorum patrie vult vt iuxta cōem ritū patrie quis dicatur ⁊ loqui ⁊ facere. Multum eñ locus natiuus ad naturā hominū facit vſq̄ adeo vt principium effectiuum dicatur. hinc eſt quod aphri quibus calidus eſt ſanguis calidi ſꝫ timidi ſunt: Alemani audaces: Franci vafri: Colchi verſipelles: Cretes mendaces: Judei duri ceruicis. Maxime autem omniū animi affectiones ad decorū faciūt. Nā non ſatis eſt conſiderare etatem ſexum: patriam: ſtatū et fortunam niſi anim⁹ eius qui loquitur conſideretur. Aliter eñ loquitur rex in extremis aduerſitatibus depreſſus: aliter in proſperitate elat⁹. Ideoque dicit Terenti⁹ in vltima comedia. Profecto hoc ſic eſt vt puto oib⁹ nobis vt res dant ſeſe: ita magni atque humiles ſumus. Hoc inquit eſt cōe omnibus hominibus qd ſuperbi aut humiles ſint ſcḋm fortunas ſuas: qñ eñ oia eis proſpera ſunt efferunt: qñ aduerſa deprimunt. Qua ꝓpter boni poete ceteri doctique viri quādo faciunt aliquas perſonas loqui dant ipſis talem ſermonem qualem reuera haberent ſi ipſi in propria perſona loquerent. Unde ſermo ⁊ militibus datur aliquādo ſermo incōgruus qui in perſona poete eſſet damnandus. Oportet ergo vt irato det ſermo iratorū: letis letorum: eufortunatis eufortunatorū: diffortunatis diffortunatorum: deſperantibus deſperantiū ſermo aſſignetur. Unde multe falſe propoſitiones admittunt propterea qd ex paſſione dicunt: vt ſunt: nuſq̄ tuta fides: oia fert etas ⁊c. Hec aūt omnia quomodo a Terentio cuſtodita ſint. ſuis locis videndum eſt.

¶ De rerum decoro. Cap. xxi.

PRo rerū decoro neceſſe eſt vt omnes res que dicuntur geſte ſint veriſimiles ⁊ cōpoſſibiles perſonis ꝯformes: ⁊ generi poematis ꝯgruētes: Oportet primū vt res ſint viſimiles in comedijs. Ideoq̄ mere fabuloſe. Et que aliud menti: aliud oculis repreſentant nō poſſunt in comedijs agi: ſꝫ bene narrari tranſitorie. Oportet ſecundo vt res ſint cōpoſſibiles ⁊ conformes inter ſe. Non enim bonus eſſet artifex qui aliud in principio ſcriberet cui⁹ oppoſitū poſtea cōfiteretur. Et ergo oportet ſeruare economiā .i. debitam diſpoſitionē quam comici poete diligentiſſime obſeruant. Oportet tertio vt rerum ſint perſonis conformes: qꝛ ſi mulier virilia geſſiſſe dicatur ridiculum eſſet: aut econtrario vir muliebria. Item ſi puero officium ſenis: aut econuerſo detur. Oportet etiam vt res ſint generi ⁊ ſtylo conuenientes. Ideoq̄ in comedijs communib⁹ non ſunt altiſſime perſone neq̄ altiloqui ſermones: ſicut heroico carmine ⁊ in tragedijs. Quia ergo comedie ſunt de mediocribus fortunis. Et hec de decoro rerū materiarū. Nam antea ſatis declaratū eſt quales ſint materie comediarum.

¶ De verborum decoro. Cap. xxij.

AD verborū decorū neceſſe eſt vt verba ſint cōformia rebus perſonis ⁊ gñi poematis: vt maxime poete ⁊ oratores ſcire debent. Oportet vt ſermones ſint lucidi ⁊ clari in oib⁹ dragmatis hoc eſt ſcriptis agilibus: ſimiliter in orationibus ⁊ ſermonibus cuius cauſa eſt ꝙ nō niſi ſemel audiunt ludi ⁊ oratores: et ideo niſi facile intelligi poſſent inutiles forent: ſed poemata que ſepe relegi poſſunt: poſſit etiam magis artificioſe fieri. Oportet ſecūdo vt ſtylus ſcribendi ſit vniformis. Turpe eñ eſſet alto genere ſermonis

cipere et deinde ad mediocrem ſeu ad humilẽ declinare: niſi aliquando pro diuerſis affectionibus loquentium ſermones erigantur aut deprimantur. Infinita ſunt que de verborũ decoro precipi poſſent ſed nõ ſpectãt ad propoſitum noſtrum: q2 non conſtituimus ponere verba latina ſed vulgaria: dicemus tamen in ſuis locis artificium poete in decoro verborum. In eo enim Terentius omnium iudicio palmam habet.

¶ De decoro totius operis. Cap. xxiij.

Et vero totum opus decorũ ſuum habeat non ſatis eſt partes ſingulas bonas eſſe ꝛ artificioſas: ſed oportet vt oẽs inter ſe bonã habeant cõgruitatẽ decenterq; cohereant. Sicut enim in picturis non eſſet ſatis facere bonũ caput: aut bonas manus aut etiam omnia membra ſeorſum accepta bona: niſi vnius corporis formã debitã ſimul capiãt: ita non eſt ſatis ad bonũ poema facere in aliquo gñe bona carmina aut in vno ſtylo bene incipere: niſi in eodem bene incipere perficiat: ꝛ niſi tota ſtructura cohereat. Ideoq; boni artifices poematũ debẽt eſſe puidi ꝛ memores. Prouidi vt priuſq; incipiant totam compoſitionem perſpiciant: vt ea que in principio dicantur ſeruiant eis que poſt dicenda ſunt. Memores ſint ne ea que poſtea dicent ſint contraria aut diſſona prius dictis. Ordo autem in poematibus eſt alius q̃ in hiſtorijs: aut in alijs rebus. Nam hiſtoriographi in rebus narrandis ſeruant ordinẽ quo geſte ſunt. Poete autem ſepe a medio hiſtoriarũ incipiunt: nec omnia vt hiſtoriographi deſcribunt ad longum: ſed multa pſupponunt: aut paucis verbis tangunt. Turpe aũt eſt in ludis qui vt primum audiuntur intelligi debent obſcuras hiſtorias tangere: vt Plautus ſepe facit. Ideoq; Donatus Terẽtium in ea re maxime laudat: ꝛ Plauto prefert. Plautus enim ſepe obſcuras tangit hiſtorias. Terentius totus perſpicuus eſt: ꝛ ſi quas hiſtorias aut fabulas tangit communes note omnibus ſunt: ſed hec ſatis pro noſtro inſtituto.

¶ De quatuor cauſis huius operis. Cap. xxiiij.

Oſtq; diffiniuimus: diuiſimus ꝛ diſtinximus comedias multaq; gñalia ad propoſitum noſtrũ profuturas premiſimus: tandem ad cauſas huius operis Terentiani peruenimus. Circa quas ſciendũ eſt qd̃ vt philoſophi tradunt. Cuiuſlibet rei artificialis quatuor ſunt cauſe. efficiẽs. finalis. materialis ꝛ formalis: que omnes neceſſarie ſunt ad hoc vt res fiat: due aũt vltime ad hoc vt res ineſſe pmaneat. Ideoq; duo rerũ principia a phyſicis appellantur: verbi gratia. Anteq; liber fiat oportet quod ſit cauſa efficiens qui eum faciat: ꝛ vt ſit aliquis finis gratia cuius moueatur artifex ad operãdũ: et vt ſit materia ex qua fiat liber ꝛ tandem vti artifex ſciat introducere formã libri ſine qua liber eſſe nõ poteſt. Poſſumus aũt loqui de libro iſto dupliciter. aut de eo libro materiali quem in arca cõcludere poſſumus: ꝛ cuius cauſe varie ſunt. Nam cauſa efficiens aliquando eſt ſcriptor: aliquando impreſſor. Cauſa materialis ex qua factus eſt. aliquando eſt charta: aliqñ papyrus: aliqñ mẽbrana: aliqñ liber Cauſa formalis eſt qualis eſt etiã artifex format. Finalis eſt quam artifex intendit: aut lucrum aut ſcientia: aut delectatio. Alio modo loquimur de libro quẽ in memoria noſtra ſeruare poſſumus: hoc eſt de eo opere artificiali comico quod Terentius edidit: ꝛ hoc modo nunc de ipſo loquimur. Cuius autem cauſa efficiens fuit Publius Terentius cuius vitã in ſequenti capitulo recitabimus. Cauſa finalis varia poteſt eſſe. Nam vt inquit Horatius in libro de arte poetica. Aut prodeſſe volunt: aut delectare poete. Aut ſimul ꝛ iucunda ꝛ idonea dicere vite. Poete inquit pretendunt triplicẽ finem. Alij volunt vtrũq; ſimul facere. Dico principaliter quia nemo eſt tam rigidus aut ſeuerus poeta q̃ nihil delectet nulluſq; tam delitioſus aut delectationi attẽtus qui nihil proſit. Uerum qui mores caſtigant: vt ſatyrici: aut doctrinas morales prebent aut phyſicas: aut grãmaticas. aut ſimiles plus prodeſſe quam delectare conanẽ. Qui vero amores deſcribũt aut lyrica carmina ſepe magis delectare quã prodeſſe conãtur. Dragmatici aũt vtrũq; pretẽdũt: ꝛ precipue comici. Proſunt enim plurimum bonis moribus. Nam per exempla oſtendunt iuuenibus q̃ periculoſum ſit ſtultis amationibus incumbere: parẽtibus non obedire: rẽ dilapidare. põpas facere. ceſſare. potare. ꝛ id genus exercere vitia. Uiris q̃ glorioſum ſit honeſtatem ſequi: amicos comparare. rem honeſte congerere. Senibus aũt parentibus oſtendit precipue Terentius quid interſit inter dominum ꝛ patrem: qualiter ſe gerant erga filios: ne vez nimium ſint rigidi ꝛ ſeueri in corripiendo: q2 alios rigiditas nimia profugos facit alios pternos alios fures alios deſperantes: alios inciuiles ꝛ ruſticos: alios pertinaces. Monent etiam interdum comici ne nimiũ ſint indulgentes ꝛ faciles erga filios: ne indulgentia ſua filios corrũpant: nec minus delectent. Nam ad delectationẽ videntur principaliter aſſumpſiſſe populo vt placerent quas feciſſent fabulas. Delectant aũt ſpectatores rudiores facetijs ꝛ geſtibus actoꝝ delectãt intelligẽtes varietate euentorũ delectãt doctos docta economia magno artificio ꝛ bñ ſeruato decoro. Finis ergo vnus in comedijs eſt vt boni ſint hoĩs mores. Alter vt principib9 populoq; placeãt. Terẽti9 vt lucellum conſequantur. Uarijs aũt de cauſis comedie leguntur. Ab alijs propter elegantiã ꝛ proprietatem ſermonis in qua Terentius palmã obtinet. Ab alijs ob ſententiarum grauitate: ab alijs ob morum edificationez: ab alijs ob variarũ rerum iucũdos exitus ab alijs ob alia. Neq; mirum eſt vnam rẽ. i. varios vſus ordinari. Nam id in multis videmus. Nam templũ ingrediunẽ alij vt deũ orẽt: alij vt carnalia videant: alij vt videanẽ. alij vt noua audiant alij vt mercatores debitores offendant: alij ob alias cauſas: ꝛ tamen templũ deo vt preces noſtras exaudiat conſecratum eſt. Sic comedie ad mores ſine nimia rigiditate cõponendos ordinate ſunt: q̃uis aliqui ad delectationes ineptas leganẽ. Forma tractandi eſt modus procedendi quem ſatis declarauimus. Nam a prologo ad actus pceditur: diuiſio aũt comediarum ſatis patuit vbi de partibus comediarum egimus capitulo. xvij. ꝛ. xviij. Materia ſingularũ comediarum patebit in argumentis. Argumenta enim materias ꝛ totas hiſtorias declarabunt paucis quidem verbis. Et hec de cauſis. Sed quia expoſitores autorum ſolent eorum vitã declarare volo etiam paucis Donati verba repetere De Terentij vita.

¶ De Terentij vita. Cap. xxv.

Ublius Terentius aphricus ex ciuitate Carthaginẽſi natus fuit. Inde Romã profect9 poſt finẽ ſecundi belli punici ſeruiuit Terentio Lucano ſenatori apud quẽ ob ingeniũ ꝛ forme excellẽtiam gratiam inuenit. Nam ab eo nõ ſolũ liberaliter more ingenuorũ eſt in bonis artibus inſtitutus: verũetiã non poſt multum temporis manumiſſus. Quidam eum captũ putant in ſecũdo bello punico in quo Carthago a romanorum duce Scipione maiore ſubiugata ꝛ tributaria facta eſt. Sed id fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet: q2 Terentius in fine ſecundi belli punici natus fuit ꝛ ante initium tertij mortuus eſt. Quod ſi quis dicat eum captum fuiſſe a Numidis aut Getulis qui populi aphrice ſunt: non eſt veriſimile inquit qd̃ ab illis ad romanum ducem reductus fuit propterea qd̃ ante deletam Carthaginez nullum cõmercium aphricum italis habuerant. Neq; vera eſt opinio dicentium hunc eſſe Terẽtiũ quẽ Ualerius maximus dixit liberatoris ſui currũ pileatũ ſecutũ fuiſſe q2 ille liber: hic ſeruus erat. Poſtq̃ tamen libertatẽ bene viuendo acquiſierat cũ multis nobilibus familiariter vixit ꝛ precipue cũ Scipione ꝛ cũ Lelio quẽ ſapientẽ vocabant qb9 ẽt corporis ſpẽ cõplacuit: Sz Feneſtella hoc repꝛhẽdit dicẽs ipz vtroq; ſeniorẽ fuiſſe: q̃uis Cor. N. pos vni9 etatis oẽs tres fuiſſe tradat. Porti9

ante oñdit eũ familiaritatẽ ⁊ cõſuetudinẽ cũ nobilibus habuiſſe ⁊ inde in paupertatẽ redactũ ⁊ in greciã pre pudore abijſſe: dũ eñ inquit laſciuiã ⁊ põpas nobiliũ ⁊ pingues lances petit: dũ Scipionis aphricani diuinã vocem auidis capiat auribꝰ: dũ apud furiũ ⁊ leliũ frequẽter cenare putat pulchrũ: dũ ſe amari ab his credit in flore etatis ſue ipſius ſublatis rebus ad ſummã inopiã redactus eſt. Itaqꝫ e ꝯſpectu olim abijt in greciã in terrã vltimam mortuuſqꝫ eſt in ſtimphali arcadie oppido. Nihil aũt ei Publius ſcipio ꝓfuit: nihil Lelius: nihilqꝫ furius q̃ tres ꝑ idẽ tpa viuebãt nobiles. Quorũ auxilio ⁊ opa Teren. in externis oris nõ potuit habere domũ ſaltẽ conductam vt haberet locũ in quẽ ſeruulus corpus dñi exangue referret. Hec ille quibus oñdit potius ſtultos eſſe qui ſe in maximorũ dominorũ auxilio fidẽtes ſuas res ꝓdigaliter expẽdũt. Nam lꝫ Teren. in magna eſſet nobiliſſimorũ ⁊ potẽtiſſimorum gr̃a nihilominus tñ pauperrimus ⁊ miſerrimus in externis oris obijt. Et his aũt que ipſe Terentius de ſe in prologis ſuis atteſtat colligi põt ꝙ iuuenis adhuc has ſex comedias ſcribere inceperat. Itẽ ꝙ in nobiliſſimorũ virorũ gratia erat. Unde emuli ⁊ aduerſarij eiꝰ dixerũt ipm non ſuas: ſed Scipionis aut Lelij comedias ꝓ ſuis edidiſſe. Alij dicebãt ipm ab illis in comedijs adiutum eſſe: qđ nõ multũ eſt veriſimile: q2 olim iudicio iſte comedie Terentiane dicunt. Ipſe tñ Terẽtiꝰ in prologo adelphorũ nõ multũ dicit cõtra hoc opinãtes volẽs nobilibꝰ blãdiri. Dicit eñ hoc dari ſibi ad magnã laudẽ ſi additus fuerit ab his viris quos ſibi ꝓncepo oẽs cõſtituũt ⁊ a quibus rempublicã gubernari oẽs ſumme ope optauerũt ⁊ quibꝰ placere oẽs voluerũt. Dicit pterea Corneliꝰ nepos ſe cõperiſſe authore Celio Caiũ Leliũ in puteolano ab vxore admonitũ vt citiꝰ diſcũberet petijſſe ab ea ne interpellaret ⁊ cũ tarde tricliniũ ingreſſus eſſet dixiſſe ait. Nõ ſepe ſibi in ſcribẽdo magis ſucceſſiſſe: ⁊ dũ ipſuꝫ precaret vt ſcripta que tunc fecerat ꝓferret pnũtiaſſe ait verſus qui ſunt in heautõtimorumeno Terentij. Satis pol proterue me ſyri ꝓmiſſa huc induxerũt. Quod ſi verũ eſt ſatis conſtat eũ Lelij opa pro ſuis edidiſſe: quis non cogemur ex eo hec fateri. Propterea ꝙ vterqꝫ grecũ ſtylũ in latinũ cõuertẽtes potuiſſent cõſimiles ⁊ q̃ſi eoſdẽ verſus edidiſſe. Nã ⁊ Strabo dicit ſi adiutoribꝰ Terẽtiꝰ eguiſſet ꝙ nõ tã Lelio ac Scipione vſus fuiſſet q̃ tũc adoleſcẽtuli fuerũt q̃ Sulpitio gallo hoĩe docto ⁊ q̃ cõſularibus ludis initiũ fecerit dandarũ fabularũ. Uel Quinto Fabio Labeone ⁊ Marco põponio cõſulari vtroqꝫ ⁊ poeta. Et ideo dicit in prologo ipſe Terẽtiꝰ ſe gaudere eoꝝ fuiſſe viris: quorũ opa in bello ⁊ in pace ꝑplus expertus ſit: quales nõ fuerũt Scipio ⁊ Leliꝰ adhuc tũc tꝑis adoleſcẽtes: q̃uis eñ opinio eſt ꝙ de Scipiõe ⁊ Lelio in prologo adelphoꝝ loquatur: nullũ tñ nolat: itaqꝫ Strabo de alijs ipſum loqui ſentit. Quia igitur ſuſpitio erat eũ ab alijs adiutũ fuiſſe dicũt ipſum anno .xxv. ſue etatis in greciã abijſſe cauſa eu tãde opinionis: q2 putabatur aliena pro ſuis edere: ſeu gratia percipiẽdi grecoꝝ inſtituta ⁊ mores quos interdũ poſtea in ſcriptis ſuis exprimeret. Poſtq̃ aũt egreſſus eſt nũq̃ redijt. De morte aũt eiꝰ ſic Volcatius tradit. Sꝫ vt apher hoc eſt Terẽtiꝰ ex aphrica ſeu ꝑplo edidit comedias: iter hinc hoc eſt a roma in aſiã fecit nam in poſtq̃ ſemel aſcẽdit. nũq̃ viſus eſt amplius. Et ſic vita priuatus eſt. Quintus cõſcrius redeũtẽ e grecia perijſſe in mari dicit cũ centũ ⁊ octo fabulis cõuerſis a Menãdro. Ceteri mortuũ eſſe dicũt in archadia ſtimphali ſinu Leucadie quo tẽpore rome ꝯſules fuerũt Cn. Cornelius Dolobella et Marcus fuluius nobilior: dicũtqꝫ ipꝫ morbũ cõtraxiſſe ex dolore ⁊ tedio amiſſarũ fabularũ quas in naui premiſerat ⁊ ſimul ex amiſſiõe fabularũ quas ipſe nouas fecerat. Certũ eſt eñ ipſum intendiſſe nouas fabulas facere ⁊ nõ ſemꝑ grecas transferre: q2 hoc p̄omittit in p'mo prologo in fine eius vt videbimus. Miratur ergo Donatus q̃ non potius dixerit ipſuꝫ pre pudore ⁊ inopia abijſſe preſertim cũ diuitias ſatis abundantes Rome reliquiſſet. Nã filiã vnã habuit legitimam q̃ equiti romano nupſit: hortulos aũt habuit. xx. iugerũ in via apia ad martis villã. Nihilominus tñ potuit pauꝑ et miſer mortuꝰ eſſe ſiue in mari ſiue in archadia mortuꝰ ſit: q2 diuitias quas Rome dereliquerat illic nõ habebat. Potuit etiã recentis immobilibus mobilia viuẽdo luxurioſe cõſumpſiſſe: ⁊ ideo ne paupertas ſua nota fieret pre pudore abijſſe. Nã ſi domos ⁊ poſſeſſiones vendidiſſet abeundo paupertatem celaſſe. Sed hec de vita eius.

❡ De forma operibꝰ ⁊ laude Terentij. Cap. xxvi.

QUantũ autẽ ad corporis formã Donatus dixit Terẽtiũ fuiſſe mediocri ſtatura gracili corpore: colore fuſco: quo colore Carthagnẽſes fere ſunt. Scripſit autẽ ꝑmum ſex comedias quas nunc in manibus habemꝰ: ⁊ vt aliqui atteſtant centũ ⁊ octo quas mare obruit. De laude quam in ſcribendis comedijs meruit varie ſunt opiniões. Seruiꝰ eñ in ꝓprietate ſermonis ipſi primũ locum dat: in alijs vere noniſſimũ: alij etiam in alijs rebus ipſum multa laude dignũ cenſent. Nam Afranius ipm oĩbꝰ comicis prefert ſcribens in cõpitalibus Terẽtio nõ ſimilẽ dices quẽpiã. Uolcatius aũt ipſum nõ ſolum Neuio Plauto ⁊ Cecilio: ſed etiam Liuio ⁊ Attilio poſtponit. Sed Igitius vt diximus in. vi. c. ſeptimũ locũ illi dat Ceſar in puritate ſermonis ipſum Menãdro ꝓferẽdũ cenſet. Donatus dicit ꝙ ꝑſonarũ leges circa habitũ etatẽ officium partes agẽdi nemo diligẽtius Terẽtio cuſtodiuit. q̃ etiã ſolus auſus eſt in fictis argumẽtis cũ fidẽ v̄itatis aſſequeret: etiã cõtra preſcripta comica meretrices interdũ nõ malas introducere: qbꝰ tñ cur bone ſint et voluptas per ipm ⁊ cauſa nõ deſit. Hec cũ artificioſiſſima Terẽtiꝰ fecerit etiã illud precipue ſeruauit ꝙ in ſcribenda comedia modũ ⁊ menſuram retinuit. Nam affectus ſic tẽperauit vt nuſq̃ in tragediã tranſiliret. Eo eñ eiꝰ fabule ſunt tꝑamento: vt neqꝫ extumeſcãt ad tragicã celſitudinẽ: neqꝫ abijciãt ad hiſtrionicã. Adde inquit Donatꝰ ad laudem Terẽtij ꝙ nihil abſtruſum ab eo ponat aut quod ab hiſtoricis requirẽdũ ſit qđ ſepius Plautus facit ⁊ preterea eſt obſcurior in pluribus locis. Adde ꝙ argumẽti ac ſtyli ita attẽte memor eſt vt nuſq̃ claudicauerit aut errauerit que obeſſe potuerũt: vel iđ ꝙ media primis ⁊ poſtremis ita nexuit: vt nihil additũ aut appoſitũ alteri: ſed aptũ ⁊ ſolidũ ⁊ ex ſe totũ ex vno corpore videatur eſſe cõpoſitũ. Illud quoqꝫ mirabile eſt Terentio ꝙ nõ ita miſcet perſonas vt obſcura ſit earũ diſtinctio. Itẽ ꝙ nihil ad populũ facit actorẽ loqui velut ex tragedia qđ vitiũ Plauti eſt frequẽtiſſimũ. Adde etiã illud inter cetera eius artificis laude digna ꝙ locupletiora argumẽta ex duplicibus negotijs delegerit ad ſcribẽdũ. Nam excepta Hecyra in qua ſcribit ſolius Pãphili amorẽ: cetere quinqꝫ comedie binos adoleſcentulos habent. Harũ autẽ ſex comediarũ noĩa ſunt: Andria: Eunuchus: Heautontimorumenos: Phormio: Adelphi: ⁊ Hecyra: quas nũc exponendas aggredior.

❡ Quid comedia quid partes eius.

❡ Comedia ſm grecos eſt priuate ciuiliſqꝫ fortune ſine periculo vite comprehenſio. ❡ Comedia ſcđm Ciceronem eſt imitatio vite ſpeculum cõſuetudinis ⁊ imago v̄itatis. Dicit aũt a greco comoy quod idicat pagos ⁊ ode cãtus. Nam vt ait Uarro: iuuẽtus attica circum vicos ita ire ſolita fuit: ⁊ queſtus gratia hoc carminis genus exercebat. Uel dr̃ a greco comoy: hoc eſt comeſſatione que olim in hmõi fabulis amantiũ fiebat. Tragedia vt refert Diomedes eſt heroice fortune in aduerſis cõprehẽſio Diciturqꝫ a tragos qđ eſt hircꝰ ⁊ ode cantus qm̃ olim authoribus tragicis hircus in premiũ cantus proponebat. Ut Horatius in arte poetica Carmine q̃ tragico vilem certauit ob hircũ. Uel ꝙ vtrẽ ex circina pelle vino plenũ ꝓ premio caperẽt. Uerg. Uncti ſallere per vtres. Tragedia autẽ heroas regeſqꝫ cõtinet ⁊ ſemꝑ infelices exitꝰ hꝫ. Uñ Euripedes rogãti Archilao regi, vt de ſe Tragediam ſcriberet abnuit: precatuſqꝫ deos eſt ne q̃d illi accideret Tragedia dignum. Comedia cõtra ciuiles priuatoſqꝫ felices exitꝰ habet. Primi poete comici fuerũt Saſſarã Ruliꝰ ac Magnes. hi veteris diſcipline iocularia nec ſcite nec venuſte

pronuntiabant

Publij Terentij vita.

pronuntiabant. Secunda etate fuerunt Ariſtophanes: Eupolis Cratinus: qui vitia ſectari acerbiſſimas ſcripſerūt comedias. Tertia etas Menādri ⁊ philemonis fuit qui oēm comedie acerbitatem mitigauerūt. Horū fabulas romani tranſtulerunt: primuſqꝫ Liuius Andronicus ſcripſit. ſunt qui velint epicarmū in inſula Ceo exulātē primum hoc carmen frequētaſſe: ⁊ ſic a Ceo comediam dici. ¶ Comediarū quedam ſunt togate ſic dicte vt ait Diomedes ꝙ omnia in publico honore confuſa cernebantur. Que togate poſtea in pretextatas ⁊ tabernarias diuidebantur. Togate ſunt que ſcribuntur ritu habituqꝫ togatorū .i. romanorum: vt grece fabule a grecoꝝ pallio palliate dicuntur: ſed quāuis togata genus ſit ſub quo ⁊ pretextate ⁊ tabernarie reponunt: tamen pro tabernaria ponit. Pretextata habet argumentum magiſtratum qui pretexta vtuntur et imperatorum ⁊ principium romanorum. Tabernarie ab humilitate perſonarum ⁊ argumentorum appellant. Nam tabernas pauperum domos habebātque priſcis temporibus ex tabulis cōficiebantur. Attellane dicuntur ab atella Aſtorum vrbe vbi reperte ſunt he ſunt argumētis dictiſqꝫ iocalibus ſiles ſatyricis fabulis grecis. Planipedes comedie dicunt grece mimi: latine vero planipedes ꝙ actores neqꝫ ſoccio neqꝫ cothurnis prodeūt in proſceniū aut pulpitum: ſed plantis .i. nudis pedibus. Membra comediarū tria ponebant greci. Diuerbia Cāticū Choros. Diuerbia ſunt partes Comediarum in quibus diuerſorum perſone verſantur. Perſone autem diuerbiorum aut due ſunt: aut tres raro quatuor plures adhibere non licet. In canticis vna duntaxat poni debet: aut ſi due fuerint ita ponuntur: vt ex occulto vna audiat nec loquatur: ſed ſecū ſi opus fuerit verba faciat. In choris numerus pſonarum diffinitus non eſt: q2 oēs coniuncti canentes concentumqꝫ facientes pro vna voce habentur. Comedia tamen vetus chorus fuit. Sꝫ paulatim ex numero perſonarum aucta in quinqꝫ actus proceſſit. Paulatim deinde attenuato choro ita ad nouā peruenit vt non modo non ſit chorus: ſed ne locus quidē illi relinquatur. Quapropter quinqꝫ actus qui in comedia ſunt difficile eſt noſſe in latinis ſublato choro qui ſe interponens actus diſtinguebat. Eſt autem comedia in quinqꝫ partita: ita vt pars prima argumentum explet. Secunda agi iam cepta ad finem deducere cupit. Tertia perturbationem affert ⁊ impedimenta ⁊ deſperationem rei concupite. Quarta remedium interuenienti malo affert. Quinta adoptatum exitū cuncta pducit. He itaqꝫ quinqꝫ ſunt principales comedie partes que dicūtur actus. Hi aūt neqꝫ plures neqꝫ pauciores eſſe debent. Horatius. Neue minor quinto ne ſit productior actu. Fabula que poſci vult ⁊ ſpectata reponi. Actus autem vnus interdum multas ſcenas habet. actio vero eſt pars ſecundaria que qualibet ſcena continetur: vt puta partus glycerij.

¶ Publij Terentij vita.

Publius Terētius Apher Carthagine natus ſeruiuit Rome Terentio Lucano Senatori a quo ob ingeniū ⁊ formā non inſtitutus mō liberaliter ſed mature manumiſſus. Quidā captū eē exiſtimāt quod fieri nullo mō potuiſſe Feneſtella docet cū in fine ſcdi belli punici ⁊ ante initium tertij natus ſit ⁊ mortuus. Nec ſi a numidis aut getulis captus ſit ad ducē Romanū peruenire potuiſſe nullo commercio inter Italicos ⁊ Aphros niſi poſt delatam Carthaginem cepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit: ſed maxime cum Scipione Aphricano ⁊ cum Lelio: quibus etiā corporis gratia conciliatus exiſtimat: qđ ⁊ ipſꝫ Feneſtella arguit cōtēdēs, vtrūqꝫ maiorē natu fuiſſe: ſhuius Cornelius nepos equales oēs fuiſſe tradit ⁊ Portius ſuſpitionē de conſuetudine per hec faciat: dū laciuiā nobiliū ⁊ fucoſas laudes petit dum Aphricani voce diuina inhiat auidis auribus: dū apud Furium ſe cenitare: ⁊ Leliū putat pulchrū: dum ſe amari ab his credit: crebro in Albanū rapit ad florē etatis ſue ipſis ſublatis rebus ad ſummā inopiam redactus eſt. Itaqꝫ e conſpectu omniū abijt in greciam in terram vltimā mortuus eſt in Stymphalo Archadie oppido. Nihil. P. Scipio profuit: nihil ei Lelius: nil Furius: tres ꝑ idem tpe ꝙ agitabāt nobiles. Facillime coꝝ ille opera ne domū quidem habuit conductitiā ſaltem vt eſſet quo referret obitū domini ſeruulus. Scripſit comedias ſex ex quibus primā Andriam cū edilibus daret iuſſus authore Cerio recitare ad cenātem cū veniſſet dictus eſt initium quidē fabule quod erat contemptiore veſtitu ſubſellio iuxta lectulum reſidēs legiſſe. Poſt paucos vero verſus inuitatus vt accūberet cenaſſe vna deinde cetera percurriſſe non ſine magna Cerij admiratiōe ⁊ hanc itaqꝫ ⁊ quinqꝫ reliqs equaliter populo probauit. Quamuis ⁊ Uolcatius de enumeratione ita ſcribit. ſumeretur Hecyra. ſexta. ex his fabula eunuchus quidem bis acta eſt: meruitqꝫ pretium quantum nulla alia cuiuſqꝫ comedia videlicet octo milia nummum: propterea ſumma quoqꝫ titulo aſcribitur. Nam Adelphorum principium Uarro etiam prefert principio Menandri. Non obſcura fama eſt adiutum Terentium in ſcriptis a Lelio ⁊ Scipione quibus cum familiariter vixit. Eandem ipſe auxit nunꝙ enī niſi leniter ſe tutari conatur: vt in ꝓlogo Adelphorum. Nam qđ iſti dicūt maliuoli homines nobiles hunc adiutare: aſſidueque vna ſcribere quod illi maledictum vehemens exiſtimant eam laudem hic ducit maximā: ꝙ illis placeat qui vobis vniuerſis ⁊ ppl'o placent: quorū opera in bello: in ocio: in negotio ſuo quiſqꝫ tpe vſus eſt ſine ſuperbia. Uidet aūt ſe lenius defendiſſe: q2 ſciebat Lelio ⁊ Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem que tamen magis magiſqꝫ etiā vſqꝫ ad poſteriora tpa inualuit. Q. Memius in oratione pro ſe ait. P. Aphricanus q2 a Terentio perſonam mutuatus: qui domi luſerat ipſe nomine illius in ſcenam detulit. Nepos authore Cerio comperiſſe ſe ait. C. Lelium quondam in puteolano kal. Martijs admonitum ab vxore temperius vt diſcumberet: petijſſe ab ea ne interpellaretur: ſerius tandē ingreſſus triclinium dixiſſe nō ſepe ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi. Deinde rogatum vt ſcripta illa pferret pnūtiaſſe verſus qui ſunt in heautontimorumeno. Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt. Arab. Terentium eſtimat ſi modo in ſcribendo adiutoribus indiguerit: non tam Scipione et Lelio vti potuiſſe qui tunc adoleſcentuli fuere: ꝙ Sulpitio gallo homine docto et qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum. Uel. Q. fabio Labeo. ⁊. M. Pompilio conſulari vtroqꝫ: ac poeta. Ideo ipm nō iuuenes deſignaſſe qui ſe adiuiſſe dicerentur: ſed viros quoꝝ operā et in bello ⁊ in ocio ⁊ in negotio ppl's ſit expertus. Poſt editas comedias qntum atqꝫ trigeſimū egreſſus annū: cā euitāde opinionis: q2 videbat alienas ꝓ ſuis edere. ſeu ꝑcipiendi grecoꝝ inſtituta moreſqꝫ quos ꝑinde exprimeret iſcriptis egreſſus eſt: neqꝫ amplius redijt. De morte eius Uolcatius ſic tradit. Sed vt Afer ſex poplo edidit comedias iter hinc in Aſiā fecit. Naui cū ſemel ꝯſcēdit viſus nunꝙ eſt: ſic vita vacat. Q. Cōſerius redeūtem e Grecia ꝑijſſe in mari dicit cū cētum ⁊ octo fabulis ꝯuerſis a Menēdro. Ceteri mortuum eē in archadia Stymphali ſinu leucadie tradūt Cn. cor. Dolabella. Marco fuluio nobiliore ꝯſulibus morbo implicitū a cri dolore ac tedio amiſſaꝝ fabularū ꝗs in naui ꝓmiſerat ac ſimul fabulaꝝ ꝗs nouas fecerat. Fuiſſe dr mediocri ſtatura: gracili corpe colore fuſco reliquit filiā ꝗ eqti Romano nupſit. Itē hortulos viginti iugerū in via appia ⁊ martis villā ꝗ magis miror Porticum ſcribere Scipioni nil pfuit: nihil Lelius: nil Furius Tres ꝑ idē tps ꝗ agitabant nobiles: facillime coꝝ ille opa ne domum quidē habuit cōductitiā ſaltē vt eſſet quo referret obitū dñi ſeruulus. Hunc Affranius quidem omnibus comicis prefert: ſcribens in compitalibus. Terentio nō ſimulē dices quē piam Uolcatius aūt non ſolum Neuio ⁊ Plauto ⁊ Cecilio: ſed Liuio quoqꝫ ⁊ Atilio poſtponit Cice. in limone hac tenus laudat. Tu quoqꝫ qui ſolus lecto ſermone terētij: conuerſum expreſſumqꝫ latina voce Menandrū in medio populi ſedatis vocibus effers.

Quid ꝙ comic loquens ac omnia dulcia dicens. ¶ C. Ceſaris verſus.

Tu quoqꝫ ſubmiſſo iam dimidiate Menander.
Poneris ⁊ merito puri ſermonis amator:
Lenibus atqꝫ vtinam ſcriptis adiuncta foret vis.
Comica vt equato virtus polleret honore:
Cum grecis neqꝫ in hac deſpectus parte iaceres.
Unum hoc macero ⁊ doleo tibi deeſſe Terēti. Hec Sueto. Tranquillus. Nam duos Terētios poetas fuiſſe ſcribit Metius quorū alter fregellanus fuerit Terētij libertus: alter libertinus Afer patria: de quo nūc loquimur Scipionis fabulam edidiſſe Terentium Ualegius natione ait he que vocantur fabule eius ſunt: non has qui iura populis recenſentibus dabat ſummo honore affectus fecit fabulas. Due ab Apolodoro tranſlate dicūtur Comico phormio et hecyra quatuor reliquę Menandro, ex quibus magno ſucceſſu et precio ſtetit Eunuchus fabula hecyra ſepe excluſa vix acta eſt.

Initium Tragedie ⁊ comedie a rebus diuinis eſt inchoatum quibus pro fructibus vota ſoluentes operabant antiquę. Nam incenſis iam altaribus ⁊ admoto hirco id genus carminis qḋ ſacer chorus reddebat Libero patri Tragedia dicebatur: vel a trago hoc eſt ab hirco hoſte vinearū: ⁊ a cātilena eius: ipſius rei apud Uergiliū plena fit mentio. Uel quod hirco donabatur eius carminis poeta. Uel quod vter eius muſti plenus solēne premiū cātoribus fuerat. Uel quod ora ſua fecibus perlinebāt ſcenici ante vſum ꝑſonarū ab Eſchylo repertū. Feces enī dicūtur grece tryges. Ex his quidē cauſis tragedie nomen eſt inuentum. At vero nondū coactis in vrbem Athenienſibus cum apollini nomio. i. paſtorum vicinorum ve preſidi de conſtructis aris in honorem diuine rei circum attice vicos: villas: pagos: et compita feſtum carmen ſolenniter cantarent orta eſt comedia.

quod eſt comeſſatū ire cantātes quod ꝓpoſitis ſolēni die: vel amatorie laſciuientibꝰ choris comicis non abſurdū eſt. Itaqꝫ vt rerum ita etiā temporum ipſorum cepto ordine Tragedia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nam vt ab incultu ⁊ feris moribus paulatim peruētū eſt ad māſuetudinē vrbes que ſunt condite vita mitior atqꝫ otioſa proceſſit. Ita res tragice longe ante comicas inuēte quāuis retro priſca voluentibus reperiatur Uthespis. Tragedie primus inuentor: ⁊ comedie veteris pater Eupolis: cū cratino: ariſtophaneſqꝫ eſſe credat. Homerus tamen qui fere oīs poetice largiſſimus fons eſt etiam his carminibus exempla prebuit ⁊ velut quadam ſuorum operum lege preſcripſit qui Iliadem inſtar tragedie: Odyſſeam ad imaginē comedie feciſſe mōſtrat. Nam poſt illius tale tamē documentū ab ingenioſiſſimis imitatoribus ⁊ digeſta ſunt in ordinē ⁊ diuiſa ſunt eaqꝫ ēt tñ temere ſcribebant adhuc impolita atqꝫ in ipſis rudimētis haud quaqꝫ: vt poſtea facta ſunt decora ac leuia: adeo vt ea propria de tragedia dicēda ſunt. De titulo ꝓpoſiti opis ſine inſtantia in alia tpa differamus ⁊ de his fabulis iā loqmur quas Teren. imitatus eſt poſtqꝫ demōſtrande origis cā de vtriuſqꝫ generis initio diximꝰ qḋ neceſſe eſt iā dicamus Comedia fere vetus vt ipſa quoqꝫ olim tragedia ſimplex carmē. quēadmodū iā diximus fuit qḋ chorus circa aras fumantes nūc ſpatiatus nunc reuoluens gyros cū tibicine concinebat. Sed primo vna perſona ſubducta eſt cantoribus q̄ rñdens alternis choros locupletauit variauitqꝫ rem muſicā tum altera tum tertia ⁊ ad poſtremū creſcente numero ꝑ actores diuerſos: ꝑſone pallee: cothurni: ſocci: ⁊ ceteri ornatꝰ atqꝫ inſignia ſcenicorū reperta ⁊ ad hoc vnicuiqꝫ ſuꝰ habitus. ⁊ ad vltimū q̄ primarū partiū: qui ſecūdarū ⁊ tertiarum quartiqꝫ loci atque quintarum actores eſſent diſtributa ⁊ diuiſa in quinqꝫ partita acta eſt tota fabula q̄ tñ in ipſius ortus ſui velut quibuſdā incunabulis. vix dū incipiēs dicta eſt archea. Idcirco qz nobis parū percognitis vitijs

ant qz in. eſt in eo velut hiſtorica fides vere narrationis. ⁊ denolatio oim de qbꝰ libere deſcribat. Etenī per priſcos poetas nō vt nūc penitꝰ ficta argumēta: ſz res geſte a ciuibus palā cū eorū ſepe q̄ geſſerāt noīe decātabant. Ideo ipſa ſuo tpe morbꝰ multū ꝓfuit ciuitatis: cum vnuſqſqꝫ careret culpa ne ſpectaculo ceteris extitiſſet, ⁊ domeſtico ꝓbro. Sz cū poete abuti licētiꝰ ſtilo ⁊ paſſim ledere ex libidine cepiſſent plures bonos ne qſqꝫ in alterū carmē infamie poneret: lege ſanxerūt. Et hinc ide aliud genus fabule Satyra ſumpſit exordiūqꝫ a ſatyris quos illotos ſemper ac petulātes deos ſimus eſſe vocitata eſt. Et ſi aliunde nomē traxiſſe praue putant alij. Hec que ſatyra dr̄ eiuſmodi fuit vt l ea q̄uis duro ⁊ veluti agreſti mō de vitijs ciuiū tñ ſine vllo ꝓprij noīs titulo carmē eſſet. Quod item genꝰ comedie multis obfuit poetis cū in ſuſpitionē potētibus ciuibus veniſſent illorū facta reſcripſiſſe in peius ac deformaſſe genꝰ ſtilo carmīs. Qḋ primo Lucilius nouo cōſcripſit mō vt poeſim inde feciſſet. i. vnīꝰ carmīs plures libros hoc igit̄ quo ſupra diximus malo coacti omittere ſatyram ⁊ aliud genus carminis.

hoc eſt nouā comediā reperere poete. q̄ argumento cōi magis ⁊ gn̄alr ad oēs hoīes qui mediocribꝰ fortunis agūt pertineret: ⁊ minus amaritudinis ſpectatoribus ⁊ eadē opa multū delectationis afferret. Concinna argumēto conſuetudine congrus. Utilis ſententijs: grata ſalibus apta metro. Ut igitur ſuperiores ille ſuis quiqꝫ celebrant authoribus: ita hec.

Quum multorum ante hunc fuerit: poſtea tñ precipue Menandri Terentijqꝫ eſt: de qua quum multa dicēda ſint ſat erit tñ velut admonendi lectoris cā: quid arte comica veterū chartis contineantur exponere. Comedia vetus ab initio chorus fuit. paulatimqꝫ perſonarum numero in quinqꝫ actus proceſſit ita paulatim velut attrito atqꝫ extenuato choro ad nouam comediā ſic peruenit. vt in canonē nō inducatur chorus: ſz nec locus q̄dē vllꝰ iā relinquat choro. Nā poſtqꝫ ocio ipſe faſtidioſior ſpectator effectꝰ eſt tunc cū actores ab actoribus fabula tranſibat: quum ſurgere ⁊ adire cepiſſet admonuit poetas: primo quidem choros locū tñ eis relinquētes: vt Menāder fecit hac de cā non vt alij exiſtimāt. Alij in proſcenio ne quidem locū reliquerūt qḋ latini fecerant Comici. Unde apud illos dirimere actus quinqꝫ partitos difficile eſt. Quum ēt greci ꝓlogos nō habēt more nr̄orū quos latini habent. Deinde

τους argumētis narrādis machinatos. Ceteri latini inſtar grecorū hñt. Terētius nō hz ad hoc ꝓtatica ꝑſa. ⁊ perſonas extra argumētum accerſitas nō facile ceteri hñt quibꝰ Terētius ſepe vtit̄: vt ꝑ harū inductiones facile pateat argumētum. Ueteres ⁊ ſi ipſi quoqꝫ trimetris negligētiꝰ vſi ſunt. Iābici verſus dūtaxat in ſcḋo ⁊ quarto loco: tñ a Terentio vincuntur reſolutione huius metri qn̄tū pōt cōminuti ad imaginem ꝓſe orōnis. Tū ꝑſonarū leges circa habitū: etatē offīm partes agēdis: nemo diligentius Terētio cuſtodiuit qnetiā ſolus auſus eſt in fictis argumētis quū fidē veritatis aſſeq̄ret ēt cōtra preſcripta comica meretrices interdū nō malas introducere quibus tñ cur bone ſint ⁊ volūtas ꝑ ipſꝫ ⁊ cā nō deſit: hec cū artificioſiſſime Terētiꝰ fecerit. Tū illud eſt admirādū ꝙ morē retinuit ⁊ qn̄ comediā ſcriberet tpauit affectū ne in tragediā trāſiliret: qḋ cū alijs rebus minime obiectū ⁊ a Plauto ⁊ ab Afranio ⁊ Accio: ⁊ multis fere magnis comicis. inuenimus illud quoqꝫ inter Terētianas virtutes mirabile qḋ eius fabule eo ſunt temperamento: vt neqꝫ extumeſcāt ad tragicā celſitudinem: nec abijciant ad hiſtrionicā. Adde ꝙ nihil abſtruſum ab eo ponit aut qḋ ab hiſtoricis requirēdū ſit qḋ ſepius Plautꝰ facit: atqꝫ eo eſt obſcurior pluribus locis. Adde quod argumenti ac ſtili ita attente memor eſt vt nuſqꝫ claudicarit aut errauerit que obeſſe putauerunt. tñ ꝙ media primis atqꝫ poſtremis ita neruit: vt nihil additū alteri, ſz aptū ⁊ ex ſe totū: ⁊ vno corpe videat̄ eſſe compoſitū. Illud qꝫ mirabile i eo. primū ꝙ nō ita miſcet ꝑſonas q̄tuor: vt obſcura ſit earum diſtinctio. Et itē ꝙ nihil ad ꝓplm facit actorē velut ex tragedia loq̄: qḋ vitiū Plauti frequētiſſimū eſt. Illud ēt inter cetera eiꝰ laude dignū vr̄ ꝙ locupletiora argumēta ⁊ du

plicib⁹ negotijs delegerit ad ſcribēdū. Nā excepta Hecyra: in qua ſcribit pāphili amorē: cetere quinq binos adu
leſcentulos habent: illud vero tenendum eſt ne Latinos multa fabularum gña
ptuliſſe vt Togatas a ſcenicis: atq argumētis latinis: ꝑtextatas a dignitate ꝑſonarū tragicarum ⁊ latina hyſtoria
Attellanas a ciuitate cāpanie vbi actitate ſunt plurie. Rinthonicas ab actoris noīe. Tabernarias ab hūilitate ar-
gumēti ⁊ ſtili. Mumimonia dr̄ ab imitatiōe vilū rerū ⁊ leuiū ꝑſonarū. Inter tragediā ⁊ comediā tum multa tum in
primis hoc diſtat: ꝙ in comedia mediocres fortune hoim parui impetus particulaq leti ſunt exitus funeſti haben-
tur: ⁊ illic turbulēta prima: trāquilla vltima. In tragedia cōtrario ordine res agunt: tum ꝙ in tragedia fugiēda vi
ta: in comedia capeſſenda exprimit. Poſtremo ꝙ oia comedia de fictis eſt argumētis. Tragedia ſepe de hyſtorica
fide petit. Latine fabule primo a Liuio Andronico ſcripte ſunt ad cūctas res etiā cū recētius idē poeta ⁊ actor fa
bularū ſuarū fuiſſet. Comedie aūt motorie ſunt: aut ſtatarie aut mixte. motorie turbulente ſtatarie qetiores: mi-
xte ex vtroq actu cōſiſtētes. Comedia ꝑ q̄tuor ptes diuidit: Prologū: Protheſim: Epithaſim. Cataſtrophē. Pro-
logus eſt velut ꝑfatio q̄dā fabule in q̄ ſolo lȝ ꝑter argumētū aliqd ad populū: vł ex poete vel ex ipſius fabule. vel
ex actoris cōmodo loq. Protheſis prim⁹ eſt act⁹ initiumq dragmatis: Epithaſis incremētum ꝓceſſuſq turbarū ac
totius vt ita dixerim⁹ motus erroris. Cataſtrophe cōuerſio rerū eſt ad iucūdos exit⁹ patefacta cunctis cognitione
geſtorū. ¶ Comedia eſt fabula diuerſa conſtituta continens affectum ciuilium ac priuatorum qua dr̄ qd ſit in vita
vtile qd contra euitandum: hanc greci ſic diffiniuere comediā eſſe. Cicero ait imitationem
vite ſpeculū conſuetudinis imaginē ꝟitatis. Comedie aūt more antiquo dicte: qr in vicis huiuſmodi carmina ini
tio agebant apud grecos: vt in italia compitalicijs ludicris admixto ꝓnuntiationis modulo quo dum actus com-
mutantur populum detinebant aut hoc eſt ab actu vite hoim qui in vicis
habitabant ob mediocritatem fortunarū: non in aulis regijs: vt ſunt perſone tragice: comedia vero qr poema ſub
imitatione vite atq ſimilitudine compoſitum eſt in geſtu ⁊ pronuntiatione conſiſtit. Comediā apud grecos dubium
eſt quis inuenerit primus: apud latinos certum eſt ⁊ comediā ⁊ tragediam. Togatam primo liuium adronicum re
periſſe: qui ait comediā eſſe quotidiane vite ſpeculū: nec iniuria. Nā vt intēti ſpeculo veritatis liniamēta facile ꝑ
imagines colligim⁹ ita lectiōe comedie imitationem vite cōſuetudiniſq nō egerrime aiaduertim⁹. huj⁹ autē origi
nis rō ab exteris ciuitatib⁹ moribuſq ꝓuenit: athenienſes nāq atticā cuſtodientes elegātiā: cū vellēt male viuētes
notare in vicos ⁊ cōpita ex oib⁹ locis leti alacreſq veniebāt: ibiq cū noib⁹ ſingulorū vitia publicabāt: vñ nomē cō
poſitū vt comedia vocaret: hec aūt carmina primitus in pratis mollib⁹ agebat: nec deerāt ꝑmia qb⁹ ad ſcribendū
doctorū ꝓuocarent ingenia: ſȝ ⁊ actorib⁹ munera offerebant: q̄ libētius iucūdo vocis flexu ad dulcedinē ꝯmēda
tiōis vterētur. Caper nāq ꝓ dono his dabat: qr vitib⁹ noxiū aial habebat: a qua ēt Tragedie nomē exortū ē. Nō
nulli aūt ex amurca aleiſece: q̄ eſt humor aquatilis tragediaȝ dici vocariq maluerint: q̄ ludi quū ꝑ artifices in ho
norē liberi patris agerent ēt ipſi comediarū tragediarūq ſcriptores hui⁹ dei velut ꝑſenamē nūc colere: venerariq
ceperūt cui⁹ rei ꝓbabilis rō extitit. Ita carmina inchoata ꝑferebant. vt p ea laudes ei⁹ ⁊ facta glorioſa celebrari
ꝓferriq cōſtaret. Tū paulatim fama huius artis increbuit. Teſpis aūt prim⁹ hec ſcripta in oim notitiam protulit:
poſtea Eſchylus ſecut⁹ prioris exēplū publicauit. De quib⁹ ita horati⁹ in arte poetica loquitur. Ignotū tragice
gen⁹ inueniſſe camene. Dicit et plauſtris vexiſſe poemata Teſpis. Que canerēt agerētq peruncti fecib⁹ ora. Poſt
hunc ꝑſonā palleq repertor honeſte. Eſchylus ⁊ modicis intrauit pulpita tignis. Et docuit magnumq loq̄ nitiq co-
thurno. Succeſſit vetus his comedia nō ſine multa laude: ſȝ in vitiū libertas excidit. ⁊ vim dignā lege regi: lex eſt
accepta choruſq. Turpiter obticuit ſublato iure nocēdi. Nil intētatū noſtri liquere poete. Nec minimū meruere
dec⁹ veſtigia greca auſi deſerere ⁊ celebrare domeſtica facta. Uel q̄ ꝑtextas vł qui docuere togatas. ¶ Fabula gña
le nomen eſt. Ei⁹ due prime ptes ſunt Tragedia ⁊ comedia. Si latina argumentatio ſit ꝑtextata dr̄. Comedia aūt
multas ſpecies hȝ aut eñ palliata aut togata. aut tabernaria: aut attellana: aut mimus aut rhinotica aut plani
pedia. Planipedia aūt dicta ob hūilitatem argumenti ei⁹ ac vilitatē actoꝝ q̄ nō cothurno aut ſocco vtunt in ſcena
aut pulpito: ſed plano pede. Uel ideo ꝙ nō ea negotia cōtinet que perſonarū in turribus aut cenaculis habitan-
tium ſunt ſed in plano et humili loco. Perſonati primi egiſſe dicunt comediā Cincius ⁊ Faliſcus Tragediā Mi-
nutius ⁊ Prothonius. Omniū aūt comediarū ſcripta quatuor ex rebus omnino ſumunt: nomine: loco: facto: euen-
tu. Nomine: vt phormio. Hecyra Curculio Epidicus. Loco: vt andria. Leucadia Brundiſina. Facto vt eunuchus aſi
naria captiui. euentu. commorientes crimen heautontimorumenos. Comediarum forme ſunt tres palliate gre-
cum habitum referentes quas nonnulli tabernarias vocant. Togate iuxta formam perſonarum habitū togatarum
deſiderantes. attellane ſalibus et iocis compoſite: que in ſe non habent niſi vetuſtam elegantiam. Comedia au-
tem diuiditur in quatuor partes. Prologum. Protheſim. Epithaſim. Cataſtrophen. ¶ Prologus eſt prima dictio
a grecis dicta id eſt antecedēs veram fabule com-
poſitionem elocutio eius ſpecies quatuor ſunt. Commendatiuus
quo fabula vel poeta commendatur. Relatiu⁹ quo aut aduer
ſario male dicta: aut gratie populo referuntur. Argumentatiuus fabu-
le argumentum exponens. Mixtus om
nia hec in ſe continens. Inter prologum ⁊ prologium quidam hoc intereſſe voluerunt: qr prologus eſt vbi peccata
excuſantur: aut fabula commendatur. ¶ Prologium autem eſt quūn tm̄ de argumento deducitur. ¶ Protheſis eſt
prim⁹ act⁹ fabule quo pars argumēti explicatur: pars reticet ad pop[illegible] ¶ Epithaſis inuolutio
argumenti cuius elegantia [illegible]. ¶ Cataſtrophe [illegible] fabule [illegible] approbat. In pleriſq
[illegible] poetarū nō [illegible] fabularū: cuius mdiis diuerſitate antiq-
[illegible] ꝑſarū nomina pronuntiabantur anteq̄ poete pronuntiarentur
[illegible] inuidia a ſcribendo deterreri poſſet: cum autem per editionem multarū poete jam eſſet auth[illegible]
ſita ruſus priora poetarum noia proferebantur: vt p ip[illegible] fabulis attentio acquireretur. ¶ Actas di-
uerſis ludis manifeſtum eſt inſcribi. Nam lud[illegible] quatuor ſunt ſpecies: quos curules ediles munere publico cu
rant Megalenſes magnis dijs conſecrati quos greci [illegible] appellāt. Funebres
ad retinendū populum inſtituti: dū pompa funeri [illegible] Patricij viri plene inſtruitur. Plebei qui ꝓ
ſalute plebis luduntur. Apollinares Apollini conſecrati. In ſcena due are poni ſolebāt: dextera liberi: ſiniſtra ei⁹
dei cui⁹ ludi fiebāt. Unde Terentius in andria ait. Ex ara ſume [illegible] palliatū ſemꝑ induunt:
ſiue qꝺ aliqñ inſaniam ſimulauit: quo temp[illegible] tectum [illegible] ne agnitus cogeretur in bella prodire: ſeu ob
ſingularem ſapientiā qua text⁹ muniturq plurimū [illegible] hu⁹ eñ virtutis erat animi ſemꝑ [illegible]
nium. Nōnulli Ithace incolas ſicut lucros palliatos [illegible] cōmemorāt. Achillis ſiue Neoptolemi ꝑſone diadema
ta habent [illegible] regalia ſceptra nūq̄ tenuerint cuius argumēti probatio talis inducitur: [illegible] nūq̄ cū reliqua [illegible]
iuuentute ad gerenda cum Troianis bella ſacramenta cōiuratiōis [illegible] Agamēnonis imperio fue-
runt. Comicis ſenibus cand[illegible] inducitur: ꝙ is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentulis diſcol

De miro poete artificio.

lor attribuitur. Serui comici amictu exiguo cōtegunt ꝑ paupertatis antique gratia. vel quo expeditiores rē agant. Paraſiti cum intortis palliis veniunt leto veſtitus candidus erumnoſo obſoletus: purpureus diuiti: pauperi pheniceus datur. Militi chlamys purpurea. puelle habit9 peregrin9. inducitur leno pallio varii coloris vtitur. Meretrici ob auaritiam luteū datur. Syrmata dicta ſunt ab eo trahūtur: q̄ res ob ſcenicā luxuriā inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis pſonis incuriā ſui p negligentiā ſignificāt. Aulea quoq̧ in ſcena in terra ſternuntur: q pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vſq̧ eſt perlatus p quibus ſuppara etas poſterior accepit. Eſt autem minutū velū quod populo obſiſtit dum fabularum actus commutantur. de cuius vmbra hiſtriōes pronunciabant. Cantica vero temperabantur modis nō a poeta: ſed a perito artis muſice factis. Neque eñ omnia iiſdem modis in vno cantico agitabant: ſed ſepe mutatis vt ſignificant qui tres numeros in comediis ponunt que tria continent mutatos modos cantici illius: qui huiuſmodi modos faciebant. Nomen in principio fabule et ſcriptoris et actoris ſuperponebant huiuſmodi adeo carmina ad tibias fiebant: vt his auditis multi ex populo ante dicerent quam fabulam acturi ſcenici eſſent. Cū omnino ſpectatoribus ipſis antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibiis paribus aut imparibus: et dextris aut ſiniſtris. Dextre autem tibie ſua grauitate ſeriē dictionemq̧ comedie pronunciabant. Siniſtre et ſerrane acuminis leuitate locum in comedia oſtendebant: vbi autem dextera et ſiniſtra acta fabula inſcribebatur mixtim ioci et grauitates denuntiabantur. Andrie explanatio. ¶ Poeta cum primū animū ad ſcribendum appulit. Comedia andria quum palliata ſit fabula: de loco nomē accepit: et a menādro primo et nunc ab ipſo Terentio qui quū de Chryſide loqueretur ſic ait. hei vereor ne quid andria apportet mali: et hoc cōe vocabulū eſt et in greca et in latina lingua hec maiori ex parte motoria eſt. Continetq̧ actus amatorum adoleſcētū. Ex partib9 patrū priorū: callidi ſerui: aſtute ancille: ſerue lenes. Adoleſcētule liberales in hac prime partes Simonis ſunt: ſcde Daui: tertie Chremetis: et deinceps reliquorū. Prologus in hac acer inducitur et in aduerſario nō mediocriter aſperatur: ſed tñ id ſubtiliter fit vt omnia laceſſitus facere videat ac dicere: hic ptheſis ſubtilis: epitaſis tumultuoſa: cataſtrophe pene tragica et tñ repente ex his turbis in tranquillū peruenit. ¶ Hec prima acta eſt ludis Megalēſib9 Marco Fuluio et M. Glabrione. Q. Minutio Ualerio Edilib9 curulibus: egerūt L. attilius lauinius pneſtin9. et L. ambiui9 Turpio. Modos fecit Flaccus Claudii fili9: tibiis paribus dextris et ſiniſtris: et eſt tota greca edita. M. Marcello et Sulpitio cōſulib9. Pronuntiataq̧ eſt andria Terētii ob incognitū adhuc nomen poete: et minoris apud populū authoritatis ac meriti. De verbis autēticis lepide diſtincta eſt et ſucceſſu aſpecta proſpero: hortamenta poete fuit ad alias conſcribendas. Initium aūt id eſt aduenticiam pſonam recipit Soſie propter euoluendā argumenti obſcuritatem: perſona autem protatica ea intelligitur que ſemel inducta in principio fabule in nullis deinceps fabule partibus adhibetur. Annotandum ſane puellarū libellum nullā orationem in proſcenio induci in Comedia palliata preter inuocationem Iunonis Lucine: q̄ et ipſa quoq̧ poſt ſcenam fieri ſolet: ſcire debemus hanc eſſe virtutem poeticam a nouiſſimis argumentum rebus incipiens: initium fabule. et originē narratiue reddat ſpectatoribus authoremq̧ preſentē ſibi exhibeat. vbi finis eſt fabule. hūc eñ ordinem et circulū poetice artis vel virtutis nō mō ſecuti ſunt Tragici Comiciq̧ authores: ſed homerus etiā et Uergilius tenuerunt. Diuiſionē actuum in latinis fabulis internoſcere difficile eſt: cauſam iandudū demonſtrauimus. Unde aūt aut quomodo: quāuis egre tñ intelligi diſtinguiq̧ poſſint: eſt operepretium dicere. Principio diſcendū eſt nullā perſonā egreſſam quinquies vltra exire poſſe. Sed illa re plerūq̧ decipimur q perſonā cū tenuerit egreſſam falſo putamus q̄ nihilominus in pſcenio tacens. loquendi tempus expectat. Eſt igitur attente aduertendū vbi et qñ ſcena vacua ſit ab omnibus pſonis: vt in ea chorus vel tibicen audiri poſſit: quod quum viderimus: ibi actū eſſe finitū debemus agnoſcere. Cōfundit ſepe lectorē id qđ pſona in ſuperiori ſcena deſinēs: et in proxima incipiēs loqui non intelligit ingreſſa: qđ experientes ipſaꝫ fictā diiudicāt de republica ac tēporū qualitate pōt ei fieri vt et egreſſa ſic ac egreſſa: quā praue credim9 de proſcenio nō receſſiſſe poſſe aūt quinto egredi pſonā neceſſe ē dicim9: ſed vt appareat vltra exire nō poſſe. In tragedia aūt parci9 exire et ſolere pariter et licere. ¶ Primus actus in andria narrationem Simonis apud Soſiam continet argumenti qđ populus hac occaſione pdicit mox querelam apud ſe Daui de domino: et eiuſdem cum domina verba et rurſus eiuſdem ſerui deliberationem de rerum gerat. Secundi actus ſunt charini verba primo cum Byria ſeruo: et poſt cū ipſo pāphilo de nuptiis pamphili ſermo cum patre dolo cōſentiētis in nuptias Byrie verba. daui callida oratio aduerſum ſenē. Tertio actui hec attribuuntur Miſidis cū obſtetrice colloquiū Dauo ac Simōe audientibus. partus Glycerii ſuſpect9 ſeni: et daui apud eum fraudulēta ſermocinatio. Simonis verba cū Chremete de nuptiis. Daui pturbatio ac pamphili. Quartū actum per hec intelligim9. primo Charini verba ſunt indignantis velut fidē ſibi non ſeruatam a pamphilo tum Miſidis verba ad pamphilum eiuſdemq̧ queſtus. Daui adminiſtratio doli aduerſus Chremetem. In quinto actu ſimonis et chremetis prope iurgium diſputātis: tū detectio fallaciarū daui tū indignatio pris aduerſus filiū tū Critonis interuentus: vt per eū cognitis rebus in trāquillam rem acta: ducentib9 vtrob9 quas cōcupierunt pamphilo et charino. ¶ Illud non cōmonere nos debet: qđ in horū actuū diſtinctiōe videt de pſcenio non deceſſiſſe perſone quedam: ſed tenere debemus ideo Terentium vicinitatis mentionē feciſſe in principio vt modico receptu et adeſſe et abeſſe perſonam intelligamus: nihil ergo ſecius factū eſt ab antiquis: q̄ ad hunc modum. Terentianas fabulas diuiſerunt.

TERENTII APHEI COMITI EPITAfiu:

Natus in excelsis tectis carthaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominum iuvenumque senumque
Qualiter et servi decipiant dominos:
Quid meretrix quid leno dolis confingat avarus.
Hec quicumque legit sic puto cautus erit.

Argumentum Andrie Terentiane.

¶ Andrie argumenti narratio.

Chremes Atticus pr̄ paſſibule ⁊ Philomene quū ex his duab⁹ ſe paſſibulā ꝑdidiſſe falſo crederet relictā Athenis: nec viſam poſtea multo tp̄e tā℥ vnicā ſibi putabat philomenā quā Charinus adoleſcēs athenienſis adamabat vnice ⁊ eā ſibi petebat vxorem. Sꝫ pr̄ eā pāphilo cuidam Simonis filio vltro deſpōderat: q̄ pāphil⁹ ecōtrario ſororē Chryſidis ſic peregrina ea creditā paſſibulā ſupradictā alterā Chremetis filiā ſub nōie Glycerij latenter ſic amauit. vt ex ea filiū ſuſceperit initio p̄ce qua re intellecta cōmot⁹ Simo pr̄ pāphili: dum per falſas nuptias tentat animū pamphili multis a Dauo deludit̄ ſeruo periculoq; Charini ⁊ pāphili notus error in fabulis qui vſq; ad eū ductus eſt finem dum Athenas veniēs de andro quidā Crito rem aperiat: ⁊ nondū fabule ſoluat per quē agnita paſſibula recipit̄ a parentibus ⁊ traditur pamphilo amanti. Philomena vero Charino deſpondet̄ ⁊ traditur exoptanti.

DISTICHON PAULI MALLEOLI.

Liuide pone tuum tandem exitiale venenum:
Non alium ledis: te furor iſte necat.

¶ Alterum Diſtichon eiuſdem.

Stet ſua per totum virtutis gloria mundum.
Recte viue deo: cetera funus erunt.

¶ Argumentum Andrie Terentiane.

¶ Titulus prime comedie Terentij.

Andria publij Terētij Aphri poete comici. Acta ludis Megalenſib⁹ Marco fuluio glabrione. Quinto minutio Ualerio edilibus curulibus. Egerunt Lucius Attili⁹ latinus preneſtinus ⁊ Lucius ambiuius. Modos fecit flacc⁹ claudij tibijs parib⁹ dextris ⁊ ſiniſtris. Tota greca eſt edita. Marco marcello ⁊ Sulpitio conſulibus.

¶ Expoſitio verborum tituli.

Andrie ⁊c. Hic eſt cōpletus ⁊ perfectus titulus prime comedie Terentij cōplet⁹ ex titulo huis quē authores fingebāt i frōte pſcenij: ⁊ ex annotatiōe ſubiectus quā ſcriptores comediarum poſtq; an fuerant ſolebāt aſcribere vt ſciret̄ quo tp̄e qb⁹ ludis ⁊ qb⁹ authoribus luſe fuerāt. Cōtinet eñ completus titul⁹ hec octo: Nomē poete: nomen comedie: nomē ludoꝝ celebriū: nōia ediliū q̄ comediā a ſe emptā agi curauerūt: nōia actoꝝ q̄ eā egerūt: nomē modulatoris. Qualitatē ⁊ ſpeciē comedie: et nōia conſulū: in quoꝝ conſulatu comedia primū edita fuerat. ¶ Quā tñ ad nomē comedie ſcire opꝫ illud quod in .xvi. decimo ſexto capitu. noſtri preambuli dictum eſt. ſ. q; in titulis aliqñ nomē poete preponit̄ et aliquando nomen comedie. Quando eñ poeta ex alijs operibus ſuis famam ⁊ authoritatē ſibi acquiſiuerat tunc nomen eius proponebatur: vt eo viſo populus deſiderio vidende comedie detineretur. Quando vero iam primum cepit edere fabulas: ⁊ nomen fabule propter grecū authorē in precio erat: tunc nomē comedie ſeu fabule proponi conſueuit vt in hoc preſenti titulo. Nomen ergo comedie exprimitur cum dicitur Andria. Circa quod ſciendum eſt quod omnes iſte comedie primum erant in greca lingua compoſite ⁊ acte in ciuitate Athenienſi ⁊ ideo perſone fere omnes Athenienſes ſunt: ⁊ q̄uis poſtea a Terentio in latinam linguam ſunt trāſlate: tamen materia ⁊ perſone māſerunt eedem ⁊ ſepe etiam nomina: ⁊ ideo ſemper preſupponi debet quod comedie aguntur in ciuitate Athenienſi. ⁊ de perſonis athenienſibus licet Rome aut etiam in galliarum regionibus agantur. ¶ Notandum preterea eſt q; eo tēpore quo facte ſunt he comedie quod multo erat ante natiuitatem Chriſti mulieres que turpi queſtu merebantur ſolebant patriam natiuam derelinquere ne parentibus eſſent dedecori: ⁊ vt liberius viuere poſſent. quod etiam hodie fieri videmus. Ea autem tempeſtate ab andro que eſt inſula in mari egeo. venerat Athenas quedam mulier Chriſis nomine que ſecum adduxit quandaꝫ iuuenculam ciuis Athenienſis filiam vt in argumēto dicemus. Nam tota materia huius comedie eſt de illis principaliter mulieribus que ex andro venerant: ⁊ ideo comedia vocatur a loco Andria. ſicut etiam ipſa mulier vt dicemus. Nomē poete ſatis notū eſt .xv. c. preambuli vbi de vita Terentij dictum eſt. Uocatus eſt autem huius operis author Publius: q2 hoc erat ipſi prenomē: Terentius q2 hoc erat eius nomen. Apher: q2 erat ex Carthagine q̄ eſt ciuitas in Aphrica. Aphrica autem eſt vna de tribus partibus mundi: que ſunt Aphrica: Aſia: ⁊ Europa. Dictus eſt poeta comicus: quia comedias ſcripſit Nomen ludorum ponitur cum dicitur. Acta eſt ludis megalenſibus. i. ludis conſecratis in laudem magnorum deorum. vt dictum eſt in .xij. cap. ¶ Nomina edilium curulium qui hanc comediam emerunt ponunt̄ ibi: Marco fuluio Glabrione Q. Minutio Ualerio edilibus curulib⁹. ¶ Nōia ludētiū ſeu actoꝝ ſubdunt̄ cū dicitur. Egerunt Lucius ⁊c. Nomen muſici ſeu cantoris ponitur ibi, Modos fecit. i. modulationes tibiarum Flaccus Claudij ſubaudi filius. ¶ Qualitas comedie tangit̄ cum additur. Tibijs paribus dextris ⁊ ſiniſtris. Ex hoc enim habetur q̄d ita comedia eſt mixta. i. partim motoria et partim ſtataria fecit vt̄ prius dictum eſt. Nam de qualitatibus comediarū ſatis dicet̄ cap. xiiij. De cātoribus. xij. cap. De tibiarū ſignificationibus cap. vij. ¶ Species comedie tangitur ibi: Tota greca eſt. Ex hac eñ habetur q; eſt palliata vt ſatis patet ex. xiij. ca. Dicit̄ autem tota greca q2 nihil ſumptum eſt ex latina hiſtoria aut ex materia romana. Tranſlatā autem eſt ex Menandro. q̄ in hoc genere comediarum principaliſſimus fuit apud grecos authores. Nomina conſulum in fine ponuntur ibi: Marco Marcello ⁊c. Solebāt eñ romani oīa acta et publica inſtrumenta notare per conſulatus dicendo. Actum rome iſtis vel illis cōſulib⁹. Et hoc inuentū eſt ad memoriā ⁊ gloriam cōſulū perpetuādā ſicut quidā in Francia annos poſt coronationem talis aut talis regis computant̄. Et hec de hoc titulo latius executi ſumus: vt in alijs breues eſſe poſſimus. Hunc autem titulum ex Donato collegimus: nam qui in libris multis reperiuntur ſcripti omnes deprauati ſunt. Nunc argumentum.

¶ Argumentum Andrie Terentiane.

Chremes attic⁹ duas habuit filias: alteram paſſibulā nōie: alterā Philomenam. Ex his duabus credidit diu: [illegible] falſo ſe alterā pdidiſſe. relictaq; ſibi vnā Philomenā: quam Carinus mirum in modū deperibat vbiq; iungi matrimonio ſe poſcebat. Uerum pater eā deſpōderat pāphilo Simonis filio q̄ filius liberior amo[illegible] pedagogo effectus adamauit alterā filiā Chremetis que perdita putabatur ſub nōie Glycerij: idq; adeo vt ex ea filiū ſuſceperit quē amorē vt reſciuit pater Simo dū filij aīm tentat p ſimulatas nuptias multis dolis a dauo ſeruo deluditur. Deinde notus error periculo Carini ⁊ pamphili tantiſper perductus eſt dum Athenas veniens de andro quidā Crito rē aperiat: ⁊ nodum fabule ſoluat per quem agnita paſſibula reperitur a parētib⁹ ⁊ traditur pamphilo amanti. Philomena vero Carino deſpondetur ⁊ traditur exoptanti.

Argumentum

Pamphilus nomen proprium filij Simonis ſenis: quod nomen idem ſonat ſi velimus interpretari qꝫ totus amans: vt ait Tortelius. Nam pan totum dicit et philon amans vel philos amicus ita vt totus dicatur amicus: quo nomine teſte Quintiliano fuit pictor quidam eximius qui multa ratione depinxit. Pamphilus ergo vitiat: id eſt ſtuprat. Uitiare a vitio deductum interdum ſignificat vitioſe agere aliquid. Perſius Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo. Uitiabit id eſt vitioſe aget. Interdum ſignificat vitium et ſtuprum afferre puelle nō ſine eius vitio ⁊ quaſi vi turbatione qꝫ affert Glycerium. i. illam puellam cui nomen hoc inditum fuerat menandro: quāuis re vera eſſet paſſibula filia Chremetis. Dicitur autē glycerium dulcis amor. Nam componitur ex glycis quod eſt dulcis ⁊ eros amor quaſi dulcis amor. et ſic quoqꝫ diminutionem adulatione amatoria a grecis prolatum eſt: q̄ꝙ glycera reperiat̄. Martialis in. xj. Formoſam glyceram amat Lupercus. Pāphilus inq̄ vitiat glycerium creditam ſororē id eſt que credita fuit ſoror: vbi ſororem accuſatiuus non habet creditam pro adiectiuo: ſꝫ potius ab eo vt dici ſolet regit̄. Eiuſmodi em̄ participia paſſiua plerūqꝫ copulant ſimiles caſus vbi caſus ſequens ſignificat rem coniunctam vel eandē cū antecedente. Soror inquit Labeo appellata ē q quaſi ſeorſum naſcitur: ſeparaturqꝫ ab ea domo in qua nata eſt: ⁊ in aliā familiam transgreditur. Fratris autem vocabulum publius Nigidius homo impenſus. i. valde doctus non minus argute ſubtiliqꝫ ethymo. i. recto interpretamento interpretat̄. Frater inquit eſt dictus quaſi fere alter. Creditam ergo falſo. i. non vere: eſt aūt ablatiuus poſit᷒ p aduerbio qualitatis: ſororem meretricule ſcꝫ Chryſidis andrie. i. ex andro inſula maris egei: vñ athenas venerat. Meretricula diminutiuū eſt a meretrice ſic poſitum per contēptum: vt cū homuncio appellat̄ aliquis vel homunculus vel homulus: vt Priſcianus habet de diminutiuis. Quatuor em̄ de cauſis proferuntur diminutiua. Prima gratia ſignificationis vt regulus paruus rex gratia vrbanitatis et vitande arrogantie: vt ingeniolum gratia adulationis vt corculum ocellus gratia contemptus vt homuncio ⁊c. Andrie aūt hic eſt adiectiuum ab andro nole ſubſtantiuo deriuatū. Declinatqꝫ Andrius a um. i. de Andro illa inſula nomen eſt denominatiuum ⁊ gentile genere id eſt natione de gente vel patria. Nam genus interdum dicitur tota cognatio eorum qui ab eodem principio originem ducunt: vt Romani a Romulo. Nam primi reges fuerunt patresfamilias: ex quibus genera propagata ſunt et ciuitates condite: vt ait Ariſtoteles libro primo politicorum. Interdum genus refertur ad nobilitatem: vt familia ad copias: ait Donatus. Item genus aliquando eſt progenies: aliquando genus: vt iam dictum eſt: aliquando ipſa generatio. Genus autē putatur dictum: vt refert Feſtus a greco vocabulo terre quam greci geas dicūt poſſumus quidem dicere imitati Terentium habeo matrem genere cenomananam: qꝫ. i. ⁊ glycerio facta grauida. i. pregnāte ablatiui abſoluti ſic reſoluendi. i. vbi vel poſtq̄ glycerium facta eſt ſeu euaſit grauida. Pamphilus dat fidem. i. ſancte promittit. Nam dare fidem eſt ſancte promittere. Uergi. Accipe daqꝫ fidem. i. accipe meam pmiſſionem: et da mihi viciſſim tuam Dicimus etiam quamcūqꝫ fidem pro me dederis eam preſtabo. i. exequar quicquid de me promiſeris. Promittit ergo hanc glycerium fore. i. futuram eſſe ſibi Pamphilo vxorem. i. coniugem. Ab vngendo dicitur vxor: vt ait Donatus: quod cum puelle nuberent maritorum poſtes vngebant: et eis lanam figebant Ennius exinde inquit Tarquinium bona femina lauit ⁊ vixit. Inde vxorius dicitur qui vxori ſeruit, ait Seruius. Nam pater ſcilicet Simo deſponderat: id eſt deſtinauerat ei Pamphilo aliam ſcilicet gnatam: id eſt filiam Chremetis ſenis ciuis Athenienſis nomine philomenam. Deſpondere ⁊ ſpondere hanc habent differentiam. Nā pater adoleſcentis qui filio puellam petit deſpondet filium ſuum ducturum in vxorem illam quam petit. Pater autem ſponſe a quo petitur puella ſpondet ſe daturum filiam nuptui, adoleſcenti a cuius patre petitur. Nam vt Seruius Sulpitius in libro quem ſcripſit de dotibus inquit. Sponſalia in ea parte, Italie que Latium appellatur hoc more: atqꝫ iure ſolita erant fieri. Qui vxorem ducturus ab eo: vnde ducenda erat: ſtipulabatur eam in matrimonium ducturum: qui daturus erat idem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum ſponſionumqꝫ dicebatur ſponſalia. Tum que promiſſa erat ſponſa appellabatur qui ſpoponderat: ducturum ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur aut non ducebatur: qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat. Iudices cognoſcebant. Iudex quamobrem data accepta ve non eſſet vxor querebat. Si nihil iuſte cauſe videbatur litē pecunia eſtimabat: quantiqꝫ interfuerat eam vxorem accipi aut dari eū qui ſpoponderat aut qui ſtipulat᷒ erat condemnabat. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus quo ciuitas vniuerſa latio lege iulia data eſt. Hec eadem Horatius ſcripſit in libro quem de nuptijs compoſuit. Hec Gellius. Atqꝫ vt id eſt poſtq̄. Simo pater cōperit. i. deprehendit cognouit. Inde dici ſolet compertum eſt mihi: vel habeo compertum: id eſt exploratum eſt mihi vel habeo exploratum vel perſpectum. Ut ergo comperit amorem pamphili filij: ſimulat id eſt fingit nuptias futuras: id eſt faciendas. Nam futurus interdum a ſum es retinet ſignificationem. Interdum a fio fit vt hic. Uocis tamen formatione a neutro deriuatur: ſed a verbo antiquo fuo fuis fuit futum futu quod in diſſuetudinē abiiſſe conſtat retinemus tm̄ fui preteritum quod verbo ſum es eſt accommodamus. Nuptie autem ſiue matrimonium nā idem ſibi volunt: vt in inſtitutionib᷒ titu. de patria poteſtate. Uiri ⁊ femine coniunctio eſt indiuiduam conſuetudinem vite continens. Pater ergo ſimulat futuras nuptias cupiens: id eſt volens cognoſcere quid animi id eſt quē animum: vt quid cauſe eſt: id eſt que cauſa. quid rei: id eſt que res filius ſuus Pamphilus haberet. Pamphilus non repugnat ſubire nuptias que apparabantur ei ſuaſu. i. admonitione Daui callidi ſerui. Sed vt. id eſt poſtquā Chremes pater Philomene deſponſate ſiue deſtinate Pamphilo vidit puerulum natum ex Glycerio amata a pamphilo: que reuera erat paſſibula recuſat. i. renuit ipſe Chremes nuptias: id eſt matrimonium contrahi cum pamphilo. A puer proprium diminutiuum fit puellus: vt a puerpera quod dicebatur puella: quod autem puerulus dicitur potius a puerius nominatiuo manare iudicatur ipſe pater abdicat. i. expellit a ſe generum non qui eſſet ſed qui futurus ſperabatur. Abdicare eſt expellere a bonis filium dum viuit pater. Exheredare vero eſt filium a bonis paternis expellere poſt mortē patris. ſed abdicare eſt grauius quod etiam in ſe exheredationē continet mox id eſt ſtatim poſt conuerſionem factam omnium turbationum ⁊ rixarum. Chremes dat Pamphilo in vxorem hanc

C. Sulpitij Apollinaris periocha.

Sororem falſo creditam meretricule genere Andrie, Glycerium vitiat Pamphilus: Grauidaqꝫ facta, dat fidem vxorē ſibi fore hāc. Nam aliam pater ei deſponderat, gnatam chremetis, Atqꝫ vt amorē comperit, ſimulat futuras nuptias, cupiēs ſuus quid haberet animi fili᷒, cognoſcere. Daui ſuaſu nō repugnat pamphilus. Sꝫ ex Glycerio natū vt vidit puerulū chremes, recuſat nuptias, generum abdicat. Mox filiam Glycerium īſperato agnitā, dat Pamphilo hāc, aliā Carino coniugē.

Glycerium cuius amore tenebatur Pamphilus agnitam id eſt recognitam. Agnoſcimus enĩ vetera: cognoſcimus noua filiam id eſt que agnita fuit eſſe filia Chremetis que paſſibula dicebatur: inſperato aduerbium: id eſt preter ſpem inopinato preter expectationẽ: preter opinionẽ: nã cũ agnita fuit nõ ſperabãt parẽtes ſe vnq̃ viſuros filiã quam mortuã putabãt: ⁊ ipſe Chremes dat aliã .ſ. Philomenã cõiugem .i. vxorem Carino adoleſcẽti athenienſi. Aliam poſuit pro alteram: nam duas tñ filias habebat Chremes: Philomenam ⁊ Paſſibulam.

¶ Explanatio argumenti Andrie Terentij.

Sororẽ ⁊c. Iſtud eſt argumẽtũ Andrie. Eſt enĩ argumẽtũ breuis ⁊ cõpendioſa narratio totius materie ſeu fabule ſeu hiſtorie quã tractamus. Qđ q̃dem argumẽtũ creditur a poeta ipſo nõ eſſe cõpoſitũ neq̃ eſt de integritate comedie. neq̃ recitatur ſicut ſequentia omnia. Quia non expediret populo euentũ rerũ aperire. Alioquin enĩ ſtatim aufugeret viſis quibuſdam partib⁹: nec finẽ expectaret ſicut nũc qñ deſiderio finis videndi ⁊ dubij exitus ſciẽdi detinet. Cõpoſita aũt huiõi argumẽta ſunt a grammaticis ⁊ expoſitoribus comediarũ vt per ea iuuenes ſeriẽ totius rei intelligãt. Ideoq̃ vt nos ⁊ qui poſtea in textu autores dicent ſine longa declaratione intelligi poſſint longius totã rẽ enarrabimus. Sciant tamẽ lectores q̃ in huiõi ludis ſeu comedijs nõ oportet q̃ rẽs ſint geſte aut ex vera hiſtoria ſumpte: imo oẽs ſunt ab ingenio ipſi⁹ poete greci ꝯficte. Uñ apparet ſtatus ingenij poetaꝝ q̃ ita res ſciũt fingere vt re vera eueniſſe eas putemus: nam multa que ex conſilio ⁊ ex ꝓuidentia poetarum in comedijs fiunt a caſu euenire videnẗ: hui⁹ aũt preſentis comedie hiſtoria ſic effecta eſt. Fuerãt olim in regiõe athenienſi fratres duo mediocriter diuites quoꝝ alter vocat⁹ eſt Chremes: Alter Phania. Chremes ex vxore ſua generauit duas filias Paſſibulã ⁊ Philomenã. qb⁹ adhuc teneris ortũ eſt athenis graue bellũ: quapropter chremes in aphricã ꝓfugit. Phania aut creſcente bello fratrẽ ſequi volẽs nauẽ ꝯſcẽdit ⁊ paſſibulã filiã fratris ſui quã ſolã derelinq̃re ſtatus eſt ſecum aſſumpſit. Orta aũt tempeſtate apud andrũ fracta eſt nauis ei⁹: ⁊ ipſe cũ filia illa paruula eiect⁹ eſt egen⁹ ⁊ appulſus ad inſulã illã q̃ Andro vocatur ibiq̃ recepit ſe in domũ cuiuſdã ciuis: q̃ paruula erat filia chriſis vocata. Poſtq̃ aũt ibi phania pluſculos eſſet dies venit aliqñ ad eũ cõſanguineus hoſpitis ſui vocatus Crito: qui athenis ante illud tempus cõuerſatus erat cum Chremete ⁊ Simone de quib⁹ mentionẽ fecimus: cui critoni phania fortunas ſuas exponens oſdit quõ bellum fugiens naufragiũ paſſus fuit: ⁊ filiã fratris ſui ſecũ adduxerat: non indicãs tum q̃nam ſibi frater eſſet. Factũ eſt aũt durãte bello: vt phania ille moreret. Puella aũt ſola derelicta eſt: que q̃ in oculis oĩm gratiam meruit vocata eſt Glyceriũ qđ ẽ dulcis amor. Mater aũt Chriſidis cepit eã educare eodẽ modo quo filiã Chriſidẽ: ita qđ fere oẽs eã Chriſidis ſororẽ eſſe crederẽt. Interea aũt loci mater chriſidis moriẗ: pater aũt ãtea mortu⁹ fuerat. Uidẽs itaq̃ Chriſis q̃ ſola eſſet preter illã puellã cognoſcẽſq̃ qđ paupercula deberet viuere cogitauit vt ciuitas Athenienſis eſſet opulẽta: itaq̃ ſperãs q̃ illic forte facili⁹ poſſet ſibi vitã defendere op⁹ mulicbre exercẽdo cũ puella illa que ſoror ei⁹ putabaẗ: ⁊ cũ tota ſupellectili ſua athenas ꝓfecta eſt. Sed ne Chremetis hiſtoriã pretermittã Chremes finito bello athenas redijt: ſed fratrẽ ⁊ filiã nõ inuenit: neq̃ ẽq̃ certi potuit de ipſis habere itaq̃ credidit qđ ambo periſſent i mari aut mortui eſſent. Alterã aũt filiã ſuã quã vnicã ſibi eẽ putabat ſtudio ſuo nutriuit. ⁊ cũ grãdis erat cuidã adoleſcẽti deſpõdit: de quo nũc dicẽdũ erit. Poſtq̃ enĩ chriſis athenas venerat cũ puella illa ⁊ vna ancilla cui miſidi nomẽ ſobrie ⁊ pudice cepit viuere acq̃rẽs ſibi tenellũ victũ ex ope manuũ ſuarũ texẽdo ⁊ nendo: deinde adoleſcẽtes athenienſes vidẽtes qđ pulchra nimis eẽt ⁊ iuuenis: ⁊ ſola ⁊ paupertate honeſta: ſepe aũt ficta ⁊ bene ſimulata honeſtas ⁊ deuotio magnum libidini prebet augmentum ceperunt eam ſolicitare primũ per internũtios: deinde obtẽta cõſenſu in propria perſona ipſam alloquẽtes ⁊ plurima pollicitãtes ſi cõſentire vellet. Illa aũt vt eſt natura humana ꝓna a labore ad libidinem: tandẽ donis ⁊ precibus ⁊ ꝓpria libidine victa ẽ: ita vt nõ vni tñ: ſꝫ trib⁹ ſimul morẽ gereret: q̃rũ noĩa erãt Clinia: Phedria: ⁊ Niceratus ſocij ⁊ familiares cuiuſdã adoleſcẽtis Pãphili noĩe: q̃ pãphil⁹ honeſtus erat ⁊ prudẽs ſciẽs ciuiliter vrbane ⁊ liberaliter cũ oĩb⁹ viuere itaq̃ ſocietatis gratia ſepe adduct⁹ erat cũ alijs ad cenã i domo chriſidis ibiq̃ ſymbolũ cũ alijs ſoluit: quãuis chriſidẽ nõ amaret. Uerũ nõ multo poſt euenit ſi incauti⁹ paſſibulã ſeu glyceriũ inſpiceret et eius amore caperet ipſiq̃ cũ ea cõfabulari: inuenitq̃ eã lepidã: ſapiẽtẽ: eloquẽtẽ ⁊ in oĩbus gratioſam. quocirca eius amore tandẽ exarſit nec quieuit donec blãdis precibus ⁊ pollicitationib⁹ eam ſibi conſentientẽ effecerat: clam tñ oĩbus dempta chriſide: euenit aũt quod grauida eſſet glyceriũ: ſed nõdũ percipiebatur. Interea autẽ tẽporis ſepiſſime in domo chriſidis erat: ita qđ ſimo pr̃ eius haberet ſuſpitionẽ de chriſide: de puella aũt nihil ſuſpicabaẗ. Sciſcitabaẗ ergo ex ſeruis triũ illoꝝ qui chriſidẽ amabãt: q̃d pãphilus in domo egit. Nã vt in p̃ia ſcena dicet: Ipſe Simo obſeruabat mane ſeruos eorum: ⁊ interrogabat eos: quis heſterno die chriſidẽ habuerat: ⁊ reſpondebant nunc. clinia: nunc phedria: nunc niceratus: ⁊ cũ nunq̃ pamphilũ nominarent queſiuit. Et q̃d pamphilus fecit. Reſponderunt: cenauit ſymbolũ dedit. Uñ Simo multũ gaudebat credẽs qđ filius cõtinẽtiſſimus eſſet eo qđ in domo inhoneſta inter laſciuiẽtes pudicus permãſerat. hoc enĩ credidit nõ ſciẽs de glycerio. Et q̃ patres nimiũ filios amãt ⁊ eos libẽter laudãt ⁊ laudari audiunt ſepe pamphilũ extollebat: qđ etiam alij fecerũt Nam re vera probus adoleſcens erat q̃uis amore claꝫ captus eſſet. Uñ euenit qđ chremes ille de quo dictũ eſt audiẽs pãphili honeſtã ⁊ frugalẽ vitã vltro venit ad Simonẽ offerẽs filio eius filiã ſuaꝫ vnicã: ⁊ pñtabat cũ ſumma dote: quam rem Simo acceptauit. Interea aũt Chriſis illa moritur: ⁊ dum ad vſtrinã vbi corpora vrebanẗ duceret: aſſuerunt illi tres amatores ⁊ gratia illoꝝ etiã erat in põpa funebri. Pãphilus ⁊ amore pãphili Simo pater ei⁹. vidẽs enĩ Simo pietatẽ pãphili erga chriſidẽ hoſpitẽ ſuã: ⁊ putãs nil aliud eſſe cauſe cogitabat ſecuꝫ ſi filius me⁹ hoſpite ſue mortẽ tam egre fert quid faceret mihi patri. certe vt nõ minus prius videar eã comitabor. Dũ ergo duceret funus vidit Simo puellã illã quã Pamphilus grauidã effecerat: ⁊ aſpiciẽs eã preter ceteras formoſaꝫ ⁊ gratioſam interrogabat pediſſequas quenã eſſet quã dicebãt ſororẽ eſſe Chriſidis: quãq̃ re vera ſoror eius nõ erat ſed filia Chremetis. Dũ autẽ in ignẽ chriſis mitteretur: Glyceriũ nimio dolore cõmota ſe etiã precipitare in ignẽ voluit qđ videns pãphilus reiecit ſe in eã flens familiariſſime: ⁊ amplexus eſt eã dicẽs. Quid agis Glyceriũ amica mea: qđ quare te ꝑdere vis vila viciſſim in pãphilũ familiariter innixa eſt. Qđ vidẽs Simo ſtatim cognouit amorem Pamphili: ⁊ qđ eius cauſa in domo chriſidis ſepe erat: ⁊ qđ funus chriſidis ea de cauſa celebraret. Grauiter igitur cõmotus redijt domũ neſciuit quid faceret. Non enĩ potuit filiũ obiurgare ex eo qđ puellã q̃ ſe cõburere voluit ſaluaſſet. Uerũ quãquã chremes hec etiã intelligens filiam ſuã ſequẽti die volebat denegare: tñ Simo ſimulabat futuras eẽ nuptias vt ſciret ã pãphil⁹ tã ꝑdite amaret eã: vt nõ vellet ducere vxorẽ qđ ſi ſic tũc habuiſſet veras cãs obiurgãdi ſꝫ ſi nõ renuiſſet ducere vxorẽ: tũc intẽdebat q̃ chremetẽ iterũ oraret vt filiã deſpõderet: quod ab eo faciliter impetrare ſperauit: eo quod ſummi amici eſſent. Dauus aũt ſeruus callidus itellexit qđ chremes generũ refutauerat: ⁊ quod ſimo ad tentãdũ Pamphilũ nuptias ſimularet: ſed nõ animaduertit qđ nõ poſſet faciliter a chremete nuptias veras impetrare. Itaq̃ perſuaſit Pamphilo qđ patri iubenti vt vxorem duceret conſentiret: dicens non eſſe periculum eo qđ chremes filiam ſuã nollet dare. Magnum autem econtrario pe-

ꝑiculum oſtendit ſi pamphilus negaret ſe vxorem velle ducere: q2 tūc pater acerbe ipſuȝ obiurgaret: ⁊ Glyceriū cuius cauſa pamphilus nuptias fugeret faciliter extra oppidū eiiceret. Cōſenſit itaq; pamphilus dauo ⁊ patri iubēti vxorem ducere: quo facto ſimo chremetem adijt nuptias impetrauit: quod vidēs pamphilus totus attonitus ⁊ ira in Dauū perſuaſorē cōmotus fuit cōmotus fuit etiam carinus ſocius pamphili qui amauit illā filiam chremetis quā pāphilo voluerūt dare. Commotus inſuper fuit dau⁹ ꝙ pamphilū timuit: itaq; ita calliditate ſua inuenit mediū ad diſturbandas nuptias: q2 voluit filiū ꝙ eodem die quo nuptie fierent pāphilo naſcebatur ante oſtiuȝ ſimonis ponere vt eo viſo nuptie diſturbarentur. Forte autem dum dauus puerum ex domo criſidis vbi glyceriū puerpera fuit afferret. Chremes interuenit ac dauo cum miſide āncilla glycerij litigāte cognouit pāphilū habere filium ex puella quā ciuē atticā dicebāt. Lex aūt athenienſiū erat q; ꝙ ciuē vitiauerat eaȝ ducere cōpelleretur. Itaq; chremes grauiter cōmotus ad ſimonem redijt: ⁊ iterum nuptias refutauit. Cū aūt adhuc loquerentur venit quidā vir ex andria ſobrinus. i. cōſanguine⁹ ex ſorore chriſidis ad quē hereditas eius pertinebat que tota glycerio derelicta fuit eo qꝺ putabaꝶ eſſe ſoror chriſidis. Verū vir ille crito noīe ꝙ not⁹ erat chremeti ⁊ ſimoni adduct⁹ eſt ad eos ⁊ oſtendit glyceriū eſſe ciuem athenienſem. Tandemq; inuēta eſt eſſe filia chremetis vnde oēs gauiſi ſunt: ⁊ pāphilus eā ducit ⁊ relictā duxit carin⁹. In fine aūt totius fabule oſtēdā quō oēs fere tandē leti effecti ſunt: ſed hec pro argumēto ſufficiūt: addere poſſum diſtinctionē eſſe faciēdā illic. Nā ei aliam pater deſponderat. Nō eñ aliā gnatā ſ; aliā vxorē videlicet gnatam chremetis. In fine autem aliam carino ⁊c. quidam legunt illam ⁊c.

¶ Argumentum prologi.

¶ Huius prologi ratio eo tendit vt nouus poeta veniam paret eo qꝺ non vt reliqui poete argumentum ſuo loco narret: tum deinde vt veterem in odium ducat. Poſtremo vt Terentium modeſtiſſimum minimeq; errantem comprobet.

Prologus.

Poeta quū primū aīm ad ſcribēdū appulit: id ſibi negociū credidit ſolū dari, populo vt placerēt, quas feciſſet fabulas. Verū aliter euenire multo intelligit. Nā in prologis ſcribundis operā abutitur, non qui argumētuȝ narret: ſed ꝙ maleuoli veteris poete maledictꝭ rñdeat. Nūc quā rē vitio dēt, queſo animū aduortite. Menāder fecit andriā ⁊ perinthiā. ꝙ vtrāuis recte norit, ambas nouerit: nō ita diſſimili ſunt argumēto, ſed tamē

¶ De nominibus ⁊ partibus perſonarum prime comedie.

Quantū aūt ad noīa pſonarū hu⁹ comedie partiū ſciēdū eſt ꝓpria noīa ingenuis ꝑcipue ꝯuenire. ſeruilib⁹ aūt ⁊ inhoneſtis danꝶ noīa patriaꝝ aut officij. gaudēt tñ ꝓprio noīe appellari. Unde dauus ꝺr a dacia ſyrus a ſyria frigi⁹ a frigia pr̄ia ſua. Miſis a miſi: Leſbia a leſbo: andria ab ādro. Propria tñ noīa interdū ꝓ officijs finguntꝛ: vt pāphilus latine ꝺr totus amans vel totus in amore. Glyceriū ꝺr dulcis amor. Chryſis aurea ꝓpter pulchritud.nē ⁊ ſic de alijs multis ꝙ res parū facit ad linguā vulgarē incūda tñ eſt cognitu. Partes aūt danꝶ pſonis ſcꝺm principalitatē in agendo vñ illi danꝶ prime partes ꝙ plurimū ⁊ principaliter agit ſic cōſequēter. Unde in hac comedia prime partes dantur Simoni: ſcꝺe Dauo. tertie Chremeti quarte Pamphilo. quinte charino. ſexte Miſidi. ⁊ ſic deinceps.

Poeta quū primū ⁊c. hic ꝓlogus quē in manibus habemus eſt relatiuus qm̄ in aduerſarium maledicta referuntur: ⁊ quidem acriter ea tamen ſubtilitate: vt poeta videatur oīa refellere laceſſitus aduerſarij maledictis. Sunt aūt quatuor prologi ſpecies alius eſt commendatitius in quo fabula aut poeta cōmēdatur. Alius relatiuus quo aut aduerſario maledicta aut gratia populo referunꝶ. Quidam eſt argumētatiuus fabule argumētū exponens. Quidā mixtus oīa hec in ſe cōtinēs. Hic autem prologus eſt in quo defenſor poete introductus oſtendere nititur poetā modeſtū minimeq; errātem ⁊ aduerſarium in inuidiam vocare cuius maledictis rñdendo occupatus a narrando argumento ſupſedere cogitur. Comici aūt ſolent introducere nō ſeipſos in prologis loquētes. ſed aliū inducūt ex abrupto aduerſariū reprehendentem poete cōmendatione adhibita: qꝺ fecit ariſtophanes inducens in prima comedia ſua chremetem: qꝺ etiā ſatis videre eſt in hoc ipſo Andrie ꝓlogo in quo poete defenſor inductus captat beniuolentiam a perſona poete eā cōmēdando ⁊ a pſona aduerſarij eā in crimē ⁊ inuidiā vocando. ¶ Poeta cū primum ⁊c. Poeta a pieo. i. facio dicitur q; carmina facit. Verg. pollio ⁊ ipſe facit noua carmina. Appello is. ex ad ⁊ pello ſignificat ſubducere naues ad litus quaſi pellere naues ad litt⁹. Inde appulſus. i. acceſſus ⁊ ꝓprie ad aquā vel ad litt⁹: trāſfertur aūt ad alia: ſed appello as. ſignificat nomino as. Cicero in epiſtolis. tertio quoq; verbo orationis ſue me appellabat qꝺ ex ad ⁊ pello as. cōponitur qꝺ ſimplex nō eſt in vſu. ſed cōpoſita eius appello ⁊ cōpello as. qꝺ eſt alloquor eris. Verg. Prior eneā ꝯpellat achates. Negotiū interdū capiꝶ pro labore vt nō ē magni negotij debilē ſuperare. i. magni laboris. Interdū capiꝶ ꝓ moleſtia cura ſiue ſolicitudine. Cū ꝑmū: vt ꝑmū vbi ꝑmū ſtatim vt ſimulaꝶ ſimul atq; poſtq̄ poſtea. q̄ idem fere ſibi volunt poſtulantq; duo verba: q̄ primū vero qꝺ ſignificat citiſſime vnum tantum vt veni ad me q̄ primū. i. citiſſime. Interdum cū primum due partes ſunt vt hic ordo eſt. quum. i. quādo poeta appulit animū. i. applicuit vel adhibuit ingeniū ad ſcribēdū. i. cōponendū poema credidit id negotiū. i. illā ſolicitudinem ſolū. tantūmodo dari ſibi vt. i. ne nō; vt Donati ſententia fabula. i. fabule vel ſubaudiaꝶ fabule quas fabulas feciſſet placerent populo. vt ſit ſenſus putauit ſibi dūtaxat illā curā ſiue illū timorem relinqui quod ſue fabule populo nō placerent de quo vnuſquiſq; poeta ſolet eſſe ſolicitus. Aut ſi ponatur negotiū pro labore: et vt ꝓ qꝺ ſenſus erit putauit ſolum illum laborē ſibi relinqui vt efficeret ſuas fabulas populo placere: ſed ſpe falſus intelligit ſibi eſſe maledictis poete laceſſentis rñdendū: itaq; ordo eſt verū poeta intelligit euenire multo aliter i. longe ſecus vel valde cōtra quare nā abutitur opera. i. labore ⁊ induſtria: hoc eſt nō bene collocat laborē ſuū in prologis. i. prefationibus ſcribendis preſertim ꝙ poeta. ſ. non narrat argumentum. i. fabule materiā vt facere deberet: ſed qui reſpondeat maledictis. i. purget detractiones ⁊ criminationes poete natura maliuoli ⁊ longa ꝯſuetudine: quia iam veteris ⁊ in emulatione inueterati. Ubi aduertendum puto dictum Diomedis legentis operam abutitur. inquit enim ita fuiſſe antiquos locutos vtor hanc rem abutor hanc rem: quod a recentioribus dictuȝ eſt vtor hac re. i. abutor hac re. vt ait Donatus vtimur fructu rē ipſam nō deperdentes. Abutimur autem ⁊ rē deperdentes ⁊ fructū. vtimur enim agro abutimur oleo aut vino. Legunt etiam negoti pro negotiū: vt verſus approbat ⁊ ſcribūdis ꝓ ſcribendis. Non qui ſubaudiatur nō exiſtēs is qui vel vt poete qui nō ⁊c. Nūc queſo. i. poſco vos ſpectatores animum aduortite. i. diligēter attendite quam rem vitio dent. i. quid vituperent ⁊ improbent. quod ſi ſubaudiatur hic datiuus poete ſenſus eſt attendite de qua re poetā vituperēt. Nā dare rē aliquā vitio alicui eſt

cum vituperare ſugillare. Jtidem vertere rem aliquã vitio cuiq̃ idem ſignificat. Menãder narrat qđ vitio illi da bit inquiens verti vitio quod trãfferẽs ſibi Menãdri andriã ex perinthia altera comedia greca cõuerterit in ſuã latinam andriam que illi congrue viſa fuerunt: qđ non diffitetur confutans ab authoritate et exemplo id vitium nõ eſſe precipue cum id grauiſſimi authores comici effecerint. Attende ordinem. Menander poeta grecus fecit Andriam ⁊ perinthiam grecas comedias et bene fecit quia earum argumentũ excogitauit. Scribitur aũt Terentius transferens. licet in eius laudẽ ⁊ facere quo

diſſimili oratione ſunt facte, ac ſtilo. Que cõuenere, in andriã ex perinthia fatetur trãſtuliſſe, atq; vſum pro ſuis. Jd iſti vituperant factum: atq; in eo diſputãt, cõtaminari nõ decere fabulas. Faciũt ne intelligẽdo, vt nihil intelligãt. qui quũ hunc accuſant, Neuiũ, Plautũ, Enniũ accuſant: quos hic noſter authores habet: quorũ emulari exoptat negligentiam potius, q̃ iſtorũ obſcuram diligentiam. Dehinc vt quieſcant porro moneo. ⁊ deſinãt maledicere, malefacta ne noſcãt ſua. Fauete, adeſte equo animo, rem cognoſcite, vt pernoſcatis, ⁊ quid ſpei ſit reliquum, poſthac quas faciet de integro comedias, ſpectãde, an exigende ſint vobis prius

q̃ dicatur. qui nouit. i. cognouerit recte. i. bene ⁊ vt intelligi debet vtrãuis earũ ſcilicet hoc eſt vtrãc libet ſiue alterutram earũ nouerit ambas nõ ita i. nõ adeo diſſimili ſunt argumento. i. materia: ſʒ tamen ſunt facte diſſimili oratione. id eſt diſſimilibus ſentẽtijs: ac diſſimili ſtilo. i. iũctura verborũ. Ubi aduerte orationẽ in ſenſu ſiue ſententijs eſſe ſtilum in verbis ſiue corũ iũctura qui etiã charac ter dr. argumentũ aũt i reb⁹. Jpſe poeta fatetur tranſtuliſſe. i. traduxiſſe ex perinthia. greca in andriam latinam ea que cõuenere. i. cõmoda fuerũt ⁊ apta atq; fatetur ſe eſſe vſum illis tranſlatio pro ſuis. i tanq̃ a ſe inuentis. vel pro ſibi cõuenientibus: iſti maliuoli. ſcʒ per contemptum dicitur vituperant factũ illud atq; diſputãt. i. immorantur calumniantur vel argumentantur in eo vcʒ qđ ſequitur nõ decere. i. nõ honeſtũ eſſe fabulas cõtaminari. i. q̃ſi fedari aut maculari ex multis vnã faciẽdo Contaminare enim eſt manibus luto plenis aliqđ attingẽdo illud relinquere pollutũ maculatũ ſiue

fedatum. Ne. i. certe vt ait Laurentius. Uel vt donatus. i. valde intelligẽdo. i. prout nimis curioſi minima queq; rimando efficiunt vt nihil intelligant. Jnterdũ enim nimia curioſitas ac vt poeta inquit obſcura diligentia potius eſt omittenda q̃ ſequẽda. Alij capiũt ne p vtrũ interrogatiue illud dictũ legẽdo. Alij p nõ verũ. vt bene ſentit Donatus melius eſt vt p certe aut valde accipiatur. Qui maleuoli cũ accuſant. i. arguũt hũc Terẽtiũ accuſant Neuium Plautũ Enniũ poetas magne authoritatis. Quos poetas hic nr̃ poeta habet authores imitãdos. i. quorum ſequitur authoritatẽ ⁊ eorũ ſe tutatur authoritate. Quorũ poetarũ exoptat. i. preeligit emulari. i. imitari aliqũ luidere negligẽtiam. i. nõ nimiã curioſitatẽ potius q̃ exoptet emulari diligentiam. i. curioſitatẽ obſcuram. i. afferentem abſcuritatem dictis iſtorũ maleuolorũ. Dehinc admonet eos vt ceſſent maledicere ne audiãt malefacta ſua. Dehinc. i. deinceps moneo. i. admoneo eos vt porro. i. in futurũ ſiue poſtea quieſcãt. i. quieti ſedeãt q̃ tam inſolẽtes ſunt ⁊ inquieti: neq; amplius aĩm ſuũ perturbatione inuidie vexent. ⁊ deſinãt maledicere. i. detrahere ne noſcant ſua malefacta manifeſtatione poete qua ſit criminaturus eos et vitia detecturus ceſſent detrahere. Fauete. Ad auditores cõuertitur a quib⁹ fauorẽ captat. Fauete. i. fauorẽ date ſilendo ſic ⁊ pontifices dicebant. Fauete verbis: fauete linguis. Et verg. Ore fauete oẽs adeſte. i. auxiliũ prebete ⁊ intenti eſtote vt aduocati adſunt clientib⁹ equo aĩo. i. bono animo. ⁊ cognoſcite. i. intelligite rem. i. comediã agẽdã vt pernoſcatis. i perfecte noſcatis eam rẽ. ⁊ etiã cognoſcatis quid ſpei reliquũ ſit. i. que ſit apud vos reliqua ſpes. Uel qđ ſpei. i. que ſpes reliquũ. i. reliquorũ hoc ẽ reliquarum comediarũ ſit apud vos aĩ. i. vtrum comedias. i. comedie. Uel ſubaudi comedie quas comedias poeta faciet. i. trãſferet vel ſcribet poſt hac. i. amodo vel impoſterũ. de integro. i. ex integris grecis vel denuo vt ſit aduerbium: ſint ſpectande. i. aſpiciẽde vobis p a vobis an prius. i. ãteq̃. peccent vtrum ſint exigende. i. excludende ab ex qđ ẽ extra ⁊ ago agis qđ eſt duco ducis. Tanq̃ dicat de hac fabula ſumite ſpecimen. i. degustationẽ. vt ſciatis an cetere vobis ſpectande ſint.

¶ Expoſitio literalis huius prologi.

Poeta cũ primũ ⁊c. Poeta vt dixi in primo capitulo preambulorũ ſignificat factorẽ rei quã artificioſe et quaſi diuine cõponit ⁊ fingit. Multe aũt ſunt cauſe quare Terẽtius maluit dicere Poeta quũ primum. quã ſic. Terẽtius quũ primũ. quas cauſas ſic Donatus ponit. Cũ maiore honore poetã quã Terẽtiũ dixit vt illud de ipſo nole de quo laborat ornaret. Pro quibus verbis ſciendũ eſt primo q̃ triplicia ſunt hoĩm exercitia. Quedã ſunt oĩno honeſta ⁊ magne dignitatis. vt ſunt exercitia regũ: principũ: poetarũ. oratorum magiſtratuũ, ⁊ oĩm eccleſiaſticorum. Alia ſunt oĩno inhoneſta vt oĩm turpi queſtu viuentium vt ſunt lenones. meretrices vſurarij, tortores. ⁊ eiuſmodi. Alia ſunt mixta ſine honore et ſine magna laude ⁊ dignitate, vt ſunt mechanica officia textorũ. fullonũ fabrorũ ſartorũ ⁊c. Qui in primo exercitijs ſunt volũt noĩe officij ⁊ dignitatis appellari. Unde ſi regẽ. principẽ cãcellariũ. iudicẽ cõſiliariũ prepoſitũ doctorẽ. locũ tenentẽ aut eiuſmodi ꝓprijs dignitatis noĩbus appellaremus. ipſi crederẽt ſibi iniuriã fieri. Qui in exercitijs honeſtis ſunt ſolo ꝓprio noĩe vocari volunt. Sicut etiã humiles perſone gaudẽt dum a diuitibus ꝓprio noĩe appellantur. Non enim amicus eris ſi quem lenonem. ſicarium, aleatorẽ tortorẽ. vſurariũ aut eiuſmodi vocaueris. Qui in tertio ſunt exercitio vtroq; noĩum fere ſimul libẽter appellãtur vt Joãnes faber. Petrus Apothecarius ⁊c. Quia aũt officiũ poete honeſtiſſimum eſt: vt p̃mo capitulo oſtẽdit. ideo multi gaudebãt ſalutari poete ſicut dicit Acron q̃ greci poetas ſalutauit chere hoc eſt ſalue poeta. Romani etiã gaudebant ſic ſalutari, qđ Horatius moleſte tulit in illis q̃ nõ erãt veri poete. Unde dicit in libro de arte poetica in perſona ſua pro quolibet alio. Deſcriptas ſeruare vices operũq; colores. Cur ego ſi nequeo ignoroque Poeta ſalutor. Si ego inq̃ neſcio ſeruare illud qđ ad artificiũ poeticũ pertinet quare ſalutor poeta. q. d. iniuſte: cũ nullus debeat vocari poeta niſi ſit dignus. Et ſi quis dicat q̃uo Teren. cũ iuuenis etiã et de nouo incipiens auſus eſt ſe poetam appellare. Dices q̃ in poetis non attenditur annoſitas neq; longa experientia ſicut in alijs artificibus. Quia vulgo dici ſolet alij artifices per doctrinã ⁊ ſtudium exercitiũq; fiũt: ſed poeta naſcitur q̃ diuinũ ingeniũ qđ ipſi a muſis inſpiratur ſine labore obtinet. Et ideo dicit Teren. q̃ credidit ſibi id negotij hoc ẽ officiũ ſcribẽdi poema dari qđ nature eſt ⁊ fati: vt ſtatim dicemus. Ne ergo q̃s dubitet an qui hanc comediam ſcripſit eſſet poeta dicitur in primo verbo prologi. Poeta ⁊c. Ut enim dicit Donatus. Terent. laborauit de hoc nomine. hoc eſt incertum erat ⁊ nondũ ſatis probatum an ipſe eſſet poeta. Cauſa autem dubitationis triplex erat. Una ex iuẽta. altera ex nouitate ſcribẽdi. tertia ex genere ſcribendi. Poſſet enim aliquis dicere qũo poetã appellas q̃ adhuc tam iuuenis eſt. Ad hoc põt dici q̃ ad poetã non requiruntur anni: ſed diuinus ſpũs. Et ſi q̃s dicat: qđ fecit vt poeta appelletur. Rñderi poteſt q̃ hanc fabulã ſic tranſtulit. vt nihil vitij licet reperiri poſſet q̃uis emuli eius diligentiã fecerint vt aliqđ reprehenſione dignũ annotarẽt. Tertio ſi dicatur q̃ nõ ſatis ſit cenſendus hoc

vt ꝗ̄s poeta appellaṫ ꝙ comedias ſcripſerit:qꝛ vt dicit Hor. in ſermonib⁹ dubitandū ē an comedia eſſet poema. Propterea ꝙ acer ſpūs ꝛ vis verborū in ea nō eſſet ꝛ multi aſſerūt ꝙ nō eēt poema vt dixim⁹ in p̄lo capitulo. Uerum Terē. nolēs excludi a dignitate tāta dicit ſe eſſe poetā. Cām dicem⁹ ſtatim vbi oñdem⁹ quare ſe dicit facere fabulas. Eſt ergo vna cā q̄re a noīe poete incipiṫ:qꝛ voluit poeta a dignitate officij appellari. Scōa eſt qꝛ appellando ſe poetā remouit dubiū an eſſet poeta. nō tñ loquiṫ in ꝓpria ꝑſona qꝛ vt p̄u⁹ dcm̄ eſt i comedijs. Eſt ḡ vna poeta nūq̄ loquiṫ ſꝫ qꝛ certū eſt ꝙ ꝓlogū fecit tm̄ eſt ac ſi ip̄e loquereṫ. Tertia cā pōt eſſe qꝛ qn̄ al. q̄d facim⁹ nō ꝓpria authoꝛitate:ſꝫ noīe officij:tūc ꝯueniēs ē vt nomē officij ꝛ dignitatis nr̄e exprimam⁹. Qꝛ ḡ edere comedias eſt offiū poete. iō poeta ꝛc. ꝛ nō Teren. eſt ꝛ alia cā ſatis efficax:qꝛ eñ Terētius adhuc erat ignot⁹ ꝛ nullas ediderat fabulas:forte ſi dcm̄ fuiſſet. Cū Terē. p̄mū aīm appulit ꝛc. ꝓpl̄s aufugiſſet dubitāō an dign⁹ eēt cui⁹ opa viderenṫ. itaq̄ vt honeſtatē officij ꝛ ſuā dignitatē ꝯſtrereṫ, fecit ꝓlogū dicēs. Poeta cū p̄mū ꝛc. Aliud in quo fertilis eſt ſignificatio eſt illud verbū appulit. Appellere eñ ꝓp̄ie ē nauē ex maris tēpeſtate ad portū dirigere qđ ſt pellēdo vētos fluct⁹ ꝓcellas ꝛ ſcopulos in quo magna eſt difficultas. Applicaṫ aūt ꝓp̄ie ad offm̄ poete:qꝛ iuuenilis etas vt dicimus ē inſtabilis ꝛ incerta vt mare. Et iō dicit Terē. qꝛ applicauerit aīꝫ ad ſcribēdū ſicut nauē appelleret ex maris ꝑturbationib⁹. Uñ magna diligētia ē ferueñs ſtudiū ad ꝓpl̄o cōplacēdū ſignificaṫ. Tertiū vocabuluꝫ ē dari. dr̄ eñ dari qđ benignitate nature ſeu fatorū ſine nr̄a opa nobis cōtigit. Uñ qñ nobis aliquā ſpālē grām i oculis olim dicere volum⁹, dicim⁹ hoc mihi datū eſt:vt placeā t q̄ faciā oīa. Qꝛ ergo Terē. ex natura poeta ſic dicit ꝙ credidit ſibi offiū ſcribēdi fabulas dari. Quartū vocabulū eſt feciſſet. Facere eñ ꝓp̄ie cōuenit poetis qui a faciēdo appellanṫ. Sꝫ tñc tm̄ facere dicimṫ qñ aliqđ de nouo cōponūt. Uñ trāſlatores nō dicerenṫ ꝓp̄ie facere:niſi qꝛ tā artificioſe trāſferūt vt nō ſolū trāſtuliſſe, ſꝫ ēt multa feciſſe putenṫ ꝓcipue q̄tū ad artificiū:ꝛ modū dicēdi. Pōt ēt dici ꝙ Terēt. ꝓp̄ie dicit ꝙ credidit ſibi offm̄ ſcribēdi ſolū dari vt fabule q̄s feciſſet placerēt ꝓpl̄o qꝛ lꝫ p̄mū comedias trāſtulit principalr̄ tñ intēdit comedias facere, vt pꝫ ex eius vita. Alia in q̄b⁹ nō eſt magna difficultas patebūt in ꝓceſſu ꝛ declaratione totius textus que talis eſt.

Herus me etc. Graphice depigit qd Ouidius dicit qr res eſt ſoliciti plena timoris amor. Non em̄ potuit Ca. quieſcere donec ſciret quid de pamhilo et philomena que dicitur ducis amor factum ſit. Mittit ergo ſeruum ad explorādū. Illud autē in fine. Quo equior pāphilo videt mihi exponēdum vt pāphilo ſit datiu⁹ caſus. Nā ſenſus eſt. Menim videre. i. adhuc repreſentat mihi decor forme illius quo. i. quocirca vel de qua re ego ſum equior. i. minus irat⁹ et ſuccēſus pāphilo. i. ignoſco pāphilo. Ca. fallēti ſi ſe illā in ſomnis q̄ illū amplecti maluit. i. ſi maluit q ipſe eam q̄ tam formoſa eſt habeat q̄ Carinus. Hoc autē dicto abit Byria. Pāphil⁹ aūt abierat poſtq̄ dixerat ſe pariturū patri. Reſtitit ergo dau⁹ qui nō ſecut⁹ eſt pamphilū vt cum Simone loquat. vñ ſecū dicit. Hic nūc etc. Hec ſcena dolos cōtinet vtriuſq̄ pſone Daui et Simōis qb⁹ vtraq̄ capit et capit miro mō. Da. dau⁹ ita vel loqt vt nullus ſpectator audiat: ſz hoc ait vt velit audire a ſcena hec Simo nūc credit me portare. i. aio ɔmētitā geſtare aliq̄ fallaciā: et credit me reſtitiſſe. i. remāſiſſe hic ea ɉ gr̄a. ea cā. Simo. qd dau⁹ narrat. i. dt. Da. eque. i. ita nūc qdē dcq̄ i. aliqd narro ſubandi vt pri⁹. q. d. nihil narro nūc te alloquēs pluſq̄ narrabā cū tu interrogaſti: q rūſio abuiualet nihil. Si. nihil ne: vtrū nihil narras? Hē interiectio irati aduerſus eū qui ſe negat aliquid dixiſſe. Da. nihil proſus. i. oīno nihil narro. Si. atq. i. ſed certe expectabā vt. ſ. aliquid narreo: et alloquitur eum per verbum tertie perſone. Expectamus bona et mala: ſperamus bona tantū. Da. ſentio. i. percipio q hoc. i. talis rnſio filij euenit preter ſpē. i. cōtra opinionē patris hoc male habet: quaſi male tractat virū ſcz Simonē ſenē: ppterea virū dixit p ironiam et iocularitér. Si potis ne es ſup. i. Dau⁹ es ne potes dicere mihi verum. Da. nihil facilius eſt illi q̄ dicere verū tibi. Si nam. i. nunquid he nuptie ſunt quippiā. i. nōnihil ſiue aliquātulū moleſte. i. inuiſe diſplicentes illi pāphilo. vbi quippiā ſignificationē hz minime rei propter conſuetudinē. i. cōuerſationē huiuſce hoſpite. i. peregrine et alienigene. ſ. glycerij. Da. hercle nihil ſunt inq̄ moleſte aut ſi adeo. i. certe hec ſolicitudo. i. perturbatio: eſt bidui. i. ſpacij duorū dierū aut tridui: id eſt triū dierū: noſtin. i. noſtine. Noſtin dicim⁹ in ſignificationē multorum que cōpendio facimus. Deinde. i. poſtea deſinet. i. deſiſtet ceſſabit etenim ipſius pamphilus putauit. i. retractauit. i. qr putare purgare eſt: vñ et arbores et vites putare dicimus: putauit ergo eā re: ſcz amorē recta via. i. ratione et conſilio. Si. laudo. dum licitum eſt ei per te: ſcz id eſt dū permiſiſti: nā licitum eſt pro licuit dicimus: ſicut placitum eſt pro placuit et puditū eſt p puduit que id eſt cum etas immatura nuptijs tulit. i. paſſa eſt aut pertulit. ſignificat etiam tulit attulit abſtulit amauit: id eſt amori operam dedit: tum. id deinde cauit: id promdit. clā: id eſt ſecreto. id quod ſequitur: ne vnq̄ ea res. ſ. amare eſſet ſibi infamie vt decet fortem virum id eſt vt honeſtum eſt viro forti nunc opus eſt vxore. appulit. i. applicauit quaſi ex multis iactationibus fluctuū amoris qui innumeras habet tēpeſtates. appulit animum ad vxorem relicta amaſia. Si. viſus eſt mihi aliquantulum ſubtriſtis quaſi non ad plenum triſtis. Da. nihil eſt triſtis ppter hāc rem: id eſt non eſt triſtis ob nuptias: ſed eſt aliquid quod. i. propter qd ſuccenſeat. i. iure iraſcatur tibi. Succenſere eſt cum ratione iraſci et hoc in re graui et iuſta. Si. quidnam: id eſt quid eſt. Da. id ſup. puerile. i. eſt grauem virum dedecens. Si. quid eſt. Da. nihil eſt. Si. quin. id eſt imo dic quid eſt. Da. pamphilus a. i. te facere ſumptum. i. impenſas nuptiarum nimium parce: id eſt nimium parue vel tenaciter, Simo. Mene. id eſt verum ait me id facere. Da. te. i. ait te id facere Inquit pamphilus hec verba pater meus vix obſonatus eſt. id eſt vix comparauit obſonia pro decem dragmis. Habemus obſono obſonas neutrum: obſonor obſonaris deponens eodē ſenſu: dragma autem ex decem et octo ſiliquis hoc eſt ex tribus ſcrupulis conſtare dicebatur. Ait etiā Jul⁹ pollux de vocabulis

rerum ad cōmo.dum ceſarem fuiſſe Atheniensiū nuniſma qꝺ etiā bos vocabatur:q̄ eiuſmodi aīalis figura deſignatus erat. Ipſe pater nō videt dare vxorē filio inquit Pamph. quē potiſſimū.i.dignitate pncipaliſſimum meorum equaliū.i.equeuoꝝ vocabo.inuitabo ad cenam ⁊ qꝺ nūc hic dicēdū ſit.i. qꝺ pōt a me dici in abſentia. Pamphili.q.d.nō dicerē in cōſpectu eius quoq̄.i.etiā numiū.i.nimis perparce.i.tenaciter ⁊ tenuiter ſumptum facis nō laudo. Si.tace. Da. cōmoui.i.ſolicitaui ⁊ irritaui iam eū idq̄ dicit: vt audiat ſpectator nō ſenex. Si. Ego videro. i.mee partes ſunt nō tue: vt hec recte fiāt. Quidnam hoc rei eſt.i.quid hoc eſt quidnā hic veterator in aſtutia inueteratus ⁊ callidus. ſibi volt. nā ex eo pēdet qꝺ dixit veterator: ſi hic dēq̄ mali ē, vt ſi promiſſa nō cōplcat. Pamphi. Hem interiectio indignātis ⁊ excandeſcentis: illic.i.ille Dauus eſt caput.i.origo huic rei. Caput eñi eſt origo ⁊ ſumma vniuſcuiuſq̄ rei. Uerg. O laty caput horum ⁊ cauſa malorum hic videre eſt cōmotū eſſe ſenem ex argumento falſarum nuptiarum.

recte vt fiant, videro. Quidnā hoc rei eſt? quidnā hic volt veterator ſibi? Nā ſi hic mali eſt q̄dq̄ (hē) illic eſt huic rei caput.

¶ Tertius actus.

In hac ſcena nouo quodāmodo Dauo inſcio ceſſanteq̄ fallitur. Simo pre nimia ſagacitate ſua: ⁊ hoc ita fingit poeta vt vehementius ad nuptias agendas accendat Simo ⁊ quadam induſtria ſic quedam agit poeta tanquam caſu eueniant. vt hec eſt ſuſpicio ſenis de partu ficto.

¶ Miſis. Simo. Dauus. Leſbia. Glycerium.

Ita pol quidē res eſt, vt dixti, Leſbia: fidelē haud ferme mulieri inuenias virū. Si. ab andria eſt ācilla hec: quid narras? Da. Ita eſt Mi. Sed hic Pāphilus, Si. q̄d dicit. Miſ. firmauit fidē. Si. Hem. Da. Utinā aut hic ſurdus, aut hec muta facta ſit. Mi. Nā qꝺ peperiſſet, iuſſit tolli. Si. O iuppiter quid ego audio? actū eſt, ſi quidē hec vera predicat. Leſ. Bonum ingenium narras adoleſcentis. Miſ. Optimū. ſꝫ ſequere me intro, ne in mora illis ſies Leſb. Sequor. Dauus. qꝺ remedium nūc huic malo inueniā? Simo. quid hoc? Adeō eſt demens: ex peregrina? iam ſcio: ah vix tandem ſenſi ſtolidus. Da. Quid hic ſenſiſſe ſe ait Simo. Hec primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia, hāc ſimulāt

¶ Aſcenſius.

Nemo nūc ⁊c. Ut dicitur s ſꝫ illud Eque dicq̄ ſic exponit. Narro q̄dē.i.certe nūc quidē dēq̄ eq̄.i.equalr vt ſupp. prius hoc eſt nihil vel narraui dēquā: cū vt ſupp. nunc narro: hoc eſt nihil vñ ſino Nihilne. Hem prudentis autem viri eſt ſentētia Tum.i.clam cauit q̄ ſic celari pōt. Fortem virum cauere decet ne qua res ſit ſibi infamie. Maxime aūt amor celādus eſt. vnde Tibull⁹. Celari vult ſua furta venus. Quin adeo dulcior petatur furtiuus amor ſicut cetera. Unde prouer.i. Aque furtiue dulciores ſunt ⁊ panis abſcōditus ſuauior. Ueteres autem occupabant amores pp̄ter infamiam vitandam. Quia inde authore Horatio in ſermonibus. Fama malum grauius quā res trahit. Animum ad vxorem appulit dictum eſt ſicut in prologo expoſuimus illud animum ad ſcribēdū appulit huic rei caput.i.cauſa ⁊ origo: vnde Uerg. O latu caput horum ⁊ cauſa malorū. Hoc autem dicto Simo abit. Dau⁹ autem prius abierat quaſi pamphilū ſequēs vnde q̄ null⁹ manet in proſcenio: finitur hic ſecundus act⁹ ſcdm nonnullos de quo proxime dicam.

Ita pol ⁊c. In hac ſcena nouo mōdo fallit Simo per nimiam ſagacitatē ſuam. Mi. pol quidem iuſiurandum eſt. O leſbia res eſt ita vt dixti p dixiſti p ſincopā: haud ferme.i.nō facile inuenias.i.inueniat aliq̄s vel inuenire poſſit: ſcda pſona pro tertia virū fidelē.i.fidē ſeruantem mulieri. Simo. hec ancilla eſt ab Andria.i.ex pte andrie hoc eſt Glyceriū. nam illi fauet quid narrat. Da. ita eſt. Mi. Sed hic Pamphilus ſup. firmauit fidē: ſꝫ audito noīe Pāphil pr̄ intercepit loqui inquiēs. Si. quid dicit. neq̄ tamen alloquitur Miſidem ſed Dauum. Miſis. firmauit id eſt cōfirmauit fidem.i.promiſſionē ſuam q̄ſi qꝺ pmiſerat ratificauit. Si. hem. interiectio eſt verba accipiētis ⁊ admirātis. Da. vtinam aut hic Simo ſit factus ſup. ſurdus aut ſit facta muta. ſileſpſis eſt p gñā. Mi. nā pēdet ex eo qꝺ dixi firmauit fidē. nā iuſſit tolli.i.educari nutriri q̄cq̄d peperiſſet.i.ſiue maſculū ſiue feminā pp̄terea ſic firmauit fidē. Si. o iuppiter q̄d ego audio? Actū eſt in ſumma rerum deſperatione ponit actū eſt quaſi.d. periſti male tecū agetur. Eſt aūt illud dictū a iure ciuili deductū in quo cauetur ne q̄s res acta apud iudices repetat. Cic. ad petū. Actū igit de te eſt niſi puides ſiquidē.i.ſi certe hec miſis predicat.i.loquit vera. Leſ. narras.i.refers. bonū ingeniū.i.bonā naturā adoleſcētis. Mi. optimū narro inq̄ ingeniū: ſed ſeq̄re me intro ne ſies.i.ſis in mora cū illi Glycerio ſit opus.i.ne cū egeat tua opa in te mora ſit neq̄ illi adſis ſatis tēpeſtiue. Leſ. ſequor te.ſ. Da. qꝺ remediū nūc inueniā huic malo. Si. q̄d hoc rei eſt ſup. Adeō.i.tm̄ deeſt demens. Pāphilus deeſt vt ſuſcipiat filiū vel aliquid tale: ſed hoc tacuit per apoſio peſim reliquumq̄ pnuntiauit p̄uide atq̄ cōſilio repertū: ⁊ bene demēs dixit nam demens eſt qui amore captus eſt: ſequit eñi quo ducit voluptas nō quidē ſui cōpos adeō itaq̄ demēs eſt: vt.ſ. ſuſcipiat filiū ex pegrina.i.meretrice: nā peregrine mulieres: inhoneſte ac meretrices habebant Jam.q.d. nunc primū ſcio factū filiū. ah. interiectio dolentis vix tandem.i.poſt multum tpis adhuc vix potui ſentire. ⁊ id dicēdi genus non tā refert ad diuturnitatē tpis q̄ ad affectum expectantis. Cice. ad Appium. Uix tandē legi literas dignas appio. ⁊ Uerg. vix tandē magnis ithaci clamoribus aptum a poſito rūpit vocē. Uix tandē. ego ſimo ſtolidus ſenſi.i.pcepi fallaciā.ſ. quā comminiſcuntur aduerſum me ⁊ Chremetem. Stolidus d̄r qui pxime accedit ad naturam ſenſumq̄ pecudū. Et cū quinq̄ ſenſus habeamus cōes cum alienis: duos tñ viſum ⁊ auditum magis ſenſibiles habemus q̄ pecora. Duabus autē rebus ſcimus aut rationes aut ſenſu quibus maxime preſtamus ceteris aīalibus. Da. Quid hic. Si. ait ſe ſenſiſſe. hec fallacia primum affert iam mihi ab hoc Dauo. ſ. ſimulāt hanc glyceriū parere quo.i. vt abſterreāt.i.deflectāt chremetē a dāda filia ſua gly. o Juno lucina ſic dicta ab eo qꝺ in lucem pducat. fer opē ōt in malis rebus ⁊ ab his q̄ de ſalute dubij ſunt. Igitur fer opē.i.opitulare partui.i.pp̄ter qꝺ lucina eſt dicta inde obſtetrix. vt Dona. vult dicit q̄ opē ferat obſecro id eſt p ſacra rogo. ſerua.i.cuſtodi me parientē ſiue puerperā: hoc eſt etiā ſerua me cū ero partu liberata. Si. Hui interiectio eſt irridētis: tā cito illucuſq̄ ſubaudi pueētū eſt ridiculū ſicut prius dixit fabule ⁊ Perſius nuge ⁊ eſt vultuoſe.i.cū geſtu ⁊ capitis motu pnūtiādū.q.d. quāta ridēdi materia qꝺ verbū an nomē an aduerbiū dicendum ſit Do. dubitans tandē in eā deſcēdit ſniam vt magis aduerbiū ſit videt tñ nō incpte dici poſſe illud eſſe nomē ſubſtantiuū neutri generis. Poſtq̄ audiuit me ſtare.i.ſtantem eſſe ante ſuum oſtium approperat.i.eiulare ⁊ iunonis auxiliū implorare feſtinat. O daue hec q̄ ſūt.ſ.nō ſunt diuiſa.i.digeſta: cōpoſita: diſtributa tibi.i.a te ſatis commode.i. ſatis opportune vt nō prodaris: ⁊ vt nō tua ſentiat fallacia. tpibus.i.p tpa. Da. mihin.i.mihi ne nō ſunt ſat commode diuiſa, q̄ dixerat Simo. tibi r̄ndi. Dau⁹. mihin, q̄ſi nō intelligens quid loquat ſenex. Si. nū.i.nūq̄d.q.d. non es

immemor.i.oblit⁹ diſcipuli.i. pamphili:ꝙ ad has fallacias faciēdas.inſtruis.Dixerat eñ prius tñ ſi quis magi-
ſtrum cepit ad cārē improbū:ideo dauus reputaꝛ magiſter. pamphilus vero diſcipulus.Da.ego neſcio q̄d nar
res.i.quid dicas.Si.hiccine.i.hic ne hoc eſt verū ſi hic dau⁹ adortus eſſet.i.aggreſſus eſſet:nam adoriri diciꝛ qui
ex inſidijs repente inuadit dictū ab eo q̄d corpora aggredientiū exurgant ſub.to atq̧ increſcāt ſi adortus eſſet me
imparatū.i.improuiſum.in nuptijs veris.i.vere celebrandis:q̄s ludos.i.quos .docos quas irriſiones:nūc reddere-
ret.i.obijceret mihi.ꝛ retorqueret in me. Nūc hic
impſonale eſt:vt Cice.ad Gelliū.ſedulo fit.i.res
agitur in nuptijs laboratur periculo.i.in pericu
lū ꝛ pn̄ciē hui⁹ Daui.Ego Simo nauigo in por
tu.i.tuto res meas ago circa omne periculū me
taphoricos ex moris tranquillitate.

Aſcenſius.

Ita pol.qui ꝛc.hoc eſt Donat⁹ cēſet
principiū tertij actus.Qui vero dicūt
primum actū tm̄ vnā habere ſcenam:
non ponūt hic nonū actū:ſed dicūt Si
monē cum Dauo reſtitiſſe Quod vero
ſimile nō eſt quia ſi Dauus permāſiſſet nō tot ver
ba de eo dixiſſet Simo. Preterea prius lōge fue
runt a domo Chryſidis ſeu Glycerij anteq̄ nūc
ſunt.Dicemus ergo cum Donato hic tertium in
cipi actum ꝛ ita cōtexemus hiſtoriam. Poſtquā
Simo introgreſſus iuſſerat ſeruis que domi age
rent:rurſus egreditur:ꝛ Dauus eum forte inuiſ-
ſus ſequitur:vt obſeruaret quidnā ageret. Egreſ
ſus aūt erat ad conueniēdum Chremetē quo cū-
do dum perueniret vſq̧ in domum Chryſidis au
diuit Myſidē ad Leſbiam obſtetricem pro qua
miſſa fuerat dicentem. Iſta pol.ꝛc.Quo audito
receſſit vt itelligeret q̄d diceret ꝛ tñ nō videreꝛ
ab ea vnde etiā cum ea nihil loquitur.In ſequē
ti autem.ſcena iubebit Dauo introire:quia nō ex
pediret ipſum intereſſe qñ Chremetē cōueniret:
vnde videtur in iuſſu domini ſecutus. Uerum nō
omnia ſunt mihi que ſentio dicenda illud tñ non
tacebo donatum hic legere. Num immemores di
ſcipuli vt ſit. Nū diſcipuli tui ſunt imemores pre
ceptorum tuorum. Uel num mulieres ſunt imme
mores diſcipuli tui videlꝫ Pamp.Cui⁹ tu ad ne
quitias ꝑceptor es.Si q̄s dicat poetā facere cō-
tra illud Horatij de arte. Nec quarta loqui pſo
na laboret:qꝛ hic qu nq̧ ſunt perſone.Dicem⁹ ꝙ
non ſimul nec inter ſe oēs loquuntꝛ. Nā Myſis ꝛ
Leſbia non loquuntur cuꝫ Simone ꝛ Dauo.gly
cerium aūt tm̄ ſemel loquitur:ꝛ id int⁹ atq̧ adeo
parcius.Dauus autem fere ſecum aut ad populum loquitur.Si vero parum donec mulieres introgreſſe erant:
ꝛ interdum etiam ſecum vt non intelligat Dauus pulchrum aūt eſt quod vterq̧ aſtutia ſua capitur.Ideo autem
puerpera intus loquitur:quia Horatius dicit. Non tamen intus digna geri promes in ſcenam:multaq̧ tolles
Ex oculis que mox narrat facundia preſens.In hoc autem tertio actu fient maxime commotiones.Nam in co-
medijs fit:vt in primo actu commotiones ꝛ turbe excitentur.In ſecundo creſcant.In tertio conſummate ſint.In
quarto decreſcant:ꝛ in quinto finiantur.

parere,quo Chremetē abſterreant.Gly.Iuno lucina
fer opem:ſerua me obſecro.Si.Hui.tā cito?ridiculū:
poſtq̄ aute oſtiū me audiuit ſtare.appropcrat.Non
ſat cōmode diuiſa ſunt tēporibus tibi daue i.ec.Da.
mihin?Sim.Num immemor es diſcipuli?da.Ego q̄d
narres,neſcio.Sim.hiccine me ſi īparatū in veris nu
ptijs adortus eſſet,quos mihi ludos redderet?Nūc
huius periculo fit,ego in portu nauigo.

Leſbia.   Simo.   Dauus.

In hac ſcena perq̄ ſcite exprimitur conſuetudo medici vel
medice de domo egroti abeuntis. Nā Leſbia egrediens de ne
gotijs eius et morbo loquitur. Preterea Daui et Simonis de
puero edito callida habetur altercatio.

Adhuc archilis q̄ adſolēt.queq̧ oportet ſi
gna ad ſalutē eē,oīa huic eſſe video.nūc p̄
mū fac iſthec vt lauet:poſt deinde q̄d iuſſi
ei dare bibere,ꝛ q̄tū īpaui,date:mox ego
huc reuertar.Perecaſtor,ſcitus puer nat⁹ eſt pamphi
lo:deos queſo vt ſit ſuperſtes.qñquidem ipſe eſt inge
nio bono:Cumq̧ huic veritus eſt optime adoleſcēti,
facere iniuriā.Sim.vel hoc q̄s nō credat,q̄ norit te,
abs te eē ortū?da.q̄dnam id eſt?Si.nō īperabat corā
q̄d op⁹ facto eſſet puerpere:ſꝫ poſtq̄ egreſſa eſt,illis,
que ſunt it⁹,clamat de via.O daue,itane cōtēnor abs

Adhuc archillis q̄ aſſolēt ꝛc.In hac ſcena ſpectari pōt q̄ ſcite expſſa ſit ꝯſuetudo medici vꝰ medice
egrediētis de egri domo.nā veniēs leſbia de negotijs ei⁹ loqꝛ abiēs de morbo.O archillis adhuc.i.
huc uſq̧ video oīa ſigna q̄ aſſolēt queq̧.i.q̄ opꝫ (q̄dā codices habēt oportēt:attñ oportet raro perſo-
nale inuenitꝛ) eſſe ad ſalutē adeſſe huic Gly.Medicina hꝫ eſſe aut in rōne:aut in cōſuetudine:aut in
exēplis.Aſſolent ergo conſuetudinis eſt.opꝫ rōnis nūc primū in primis fac.i.da operam vt iſt hec.i.
puerpera.Glyceriū lauet ſe.ſ.vel ſi iſt hec ſit actūs pluralis gñis neutri:vt vult Dona.ſic aſtrue fac
vt Glyceriū lauet iſthec.i.illa q̄ ei lauāda oſñdebat Leſbia:ꝛ hāc ſn̄iam cōprobat Dona.altera improbata ꝑpter
hāc rōnē ꝙ nō cōtinuo ſolēt puerpe poſt puerperiū lauare:ſꝫ dieb⁹ omiſſis poſt deinde alterū abūdat:date ei bibe
re q̄d iuſſi ꝛ quātū imperaui.hoc aūt dicēdi gen⁹ date ei bibere ꝯſuetudine magis q̄ rōne dictū eſt.nan duo verba
ſic vna iuncta male coherēt ſine noīe aut ꝓnoīe vt ſi dicas dic facere.date ergo ei potionem mox.i.ſtatim reuerta
tur huc. Perecaſtor:ꝛ periūgēda ē cū ſcitus vt ſit ecaſtor.i.per caſtorū aduerbiū iurādi aptum feminis ſicut pol
i.ꝑ pollucē preſcit⁹ puer.i.puer valde ſcite fact⁹ vel perſcit⁹.i.elegās pulcher nat⁹ eſt e pāphilo.i.ex opere pā
phili q̄ſo deos vt ſit ſupſtes.i.ſalu⁹ diu viuēs:ſupſtites ſunt ſenex ꝛ auus.qꝛ ſenes multi ſupſtites.i.ſupuenientes
etate delirāt.vñ ꝛ ſupſtitio dr.i.vana religio ꝛ ſupſtitioſi q̄ vana religione implicati delirāt:qñ quidem.i.qꝛ certe
ipſe pāphilus:hic eñ tranſitus fit a puero ad ipſum Pamphilū:eſt bono ingenio.i.bona natura.q̧.i.ꝛ qñ id eſt qꝛ
ꝛ.i.etiam veritus eſt facere iniuriam huic optime adoleſcentule.ſ.Glycerio.Si.vel.i.etiā q̄s non credat qui no-
rit te Dauū hoc.i.hanc fallaciam eſſe ortū.i.pfectū cōpoſitum.inſtructū abs te dauo.Da.quidnam.i.Si.Leſbya
nō imperabat puerpere Glycerio:puerpera eñ omnis dr que peperit ſiue que ſuperioribus dieb⁹ mater eſt effe
cta corā.i.in conſpectu ſiue in pñtia puerpere:corā ad certas perſonas palam ad oēs refertur quid eſſet opus fa
cto.i.facere:ſed poſtq̄ egreſſa eſt clamat illis mulieribus que ſunt int⁹ de via.i.de itinere ſiue de vico.O daue itā
i.adeo ne contēnor abs te.Temno grecū eſt.i.credo ꝛ reijcior:veteres eñ illud dicebāt ſine ꝓpoſitione.aut tādē:ibi
tandē hꝫ quiddam vrgens ꝛ accelerans.q.d.ſine longiori ſermone ita ne videor tibi idoneus eſſe.i.aptus ꝛ huic
rei nat⁹:quē.ſ.me incipias fallere dolis.i.fallacijs ſiue fraudib⁹ tā apte ſaltē incipias inq̄ me fallere dolis:tam.

accurate.i.tam diligenter ⁊ cũ tãta cura ⁊ tã ſubtiliter:vt videar metui ate.ſ.certe.i.pfecto ſi reſciuerin.i.ſi cognouerim ſcʒ fallere me per apoſiopeſim deeſt acerbe te puniã vel te in piſtrinũ dedã:q̃dã dicũt ſi reſciuerim cũ reiciuerim:vel certe ſi reſciuerim.q.d.putas ꝙ nõ reſciuerim ⁊ ita ſtultũ me putas:vt id me latuerit:ſed pria mihi potiſſimũ plʒ.Da.certe hercle.i.phercule h̃ ꝯipſus.i.hic ipe fallit.ſe.i.ſe decipit haud.i.nõ ego cũ.ſ.fallo.Si.i.edixin.i.iuſſi ne vel imperaui ne tibi ⁊ interminat⁹ ſũ ⁊ phibui ne faceres fallaciã in nuptijs.Nũ.i.nſiquid.q.d.nõ verit⁹ es.ſ.facere fallaciã vereri liber metuit fu⁹ quid retulit.i.quid interfuit quid pfuit tibi edicere ne faceres:nã referre prima lõga ſignificat interdũ vtile eſſe ſiue pdeſſe:⁊ eſt ſenſus ſic ꝯtẽpſiſti quaſi non tibi comminatus ſim:⁊ ideo nihil profuit prohibere tibi ne faceres:qꝛ nihilomin⁹ effeciſti ꝯtra iuſſuʒ meũ credõ.i.credone tibi hoc ꝙ ſequit:vcʒ hanc Glyceriũ nũc peperiſſe e Pãphilo.i.ex opere Pãphili.Da.teneo.i.ſcio itelli.go q̃d.i.ppter q̃d erret.i.fallatur deliret ⁊ habeo.i.ſcio.Cicero ad lẽtulũ habeo õ vaticinio cognoſcere de craſſo.habeo.ergo.i.ſcio q̃d agam.i.loquar ⁊ rñdeam:⁊ hoc populo dicit nõ ſeni.Si.quid taces:quia nõ audierat Dauuʒ alloquẽtem populũ.Da.q̃d credas:qꝛ Simo dixerat credõ tibi hoc ⁊c.et ideo nũc repetit Dau⁹ ṽbũ q̃d.i.propter quã nõ credas quaſi per ironiaʒ dicitur quaſi hec nõ ſint renũtiata.i.nũtiata:ꝯpoſituʒ p ſimplici tibi ſic.i.comodo fore.i.futura eẽ.Si.mihi.i.mihi ne q̃ſq̃ renũtiauit.ſ.q.d.meo ingenio id perſpicaciter excogitaui.Dau⁹.Eho.mõ eho eſt interiectio admirãtis interdũ ad ſe vocãtis:vt alibi ehodũ ad me an tute.i.tumet tuipſe intellexti.i.nouiſti hoc.ſ.ptũ Glycerij.aſſimularier.i.fingi.paragoge ẽ.Si.Irrideor.i.illudor.Da.renũtiatũ ẽ tibi hoc aſſimulari.Nam qui.i.quõ vel vnde iſtec.i.iſta ſuſpitio.i.opinio.incidit tibi.Si.qui.q.d.miraris vnde inciderit profecto qꝛ norã te.i.iampridẽ tuos mores cognoueram.Da.q̃ſi tu dicas.i.credas ab eo ꝙ ſequit̃ vr id quod precidit intelligit(figura eſt metalepſis a poſterioribus ad priora)id factũ eſſe meo cõſilio.i.mea ſuaſione.Si.cer.i.da certe ſcio.i.exploratũ ẽ mihi.Dauus.o Simo etiam.i.adhuc nõ ſatis pernoſti qual s ſim.Si.ego ne.i.vtruʒ nõ pernoui te.Da.Sed ſi quid occepi ab occipio.i.inſtitui tanq̃ caput rei narrare tibi cõtinuo cẽſes verba.id ẽ fallacias dari tibi hoc eſt te falli ⁊ decipi a me.Si.falſo aduerbium ironiceq̃ dictum quaſi dicatur falſo cẽſet.ſcilicet.Uel ſi ſine ironia dicat̃ ſenſus eſt falſo loqueris.q.d.tu mentiris.Da.itaq̃.i.idõ hercle nihil audeo iam mutire.i.loqui:vt inquit Feſtus Perſius Men mutire nephas.i.non licet mihi loqui.Uel vt vult Donat⁹:mutire id eſt nec

te?aut ita ne tandẽ idone⁹ tibi videor,quem tã aperte

fallere incipias dolis?ſaltẽ accurate,vt metui videar certe ſi reſciuerim.Da.certe hercle nũc hic ſe ipſus fallit.

haud ego.Si.Edixin tibi?interminatus ſum,ne faceres?num veritus?quid retulit?Credon tibi hoc,nũc

peperiſſe hãc e Pamphilo?Da.Teneo q̃d erret:quid

ego agã,habeo.Si.quid taces?Da.q̃d credas?quaſi

nõ tibi renũtiata ſint hec ſic fore.Si.mihi ne quiſq̃?

Da.eho,an tute itellexti hoc adſimulari?Si.irrideor.

Da.renuntiatum eſt:nam qui iſthec tibi icidit ſuſpectio?Si.Qui?quia te noram.Da.quaſi tu dicas factũ

id conſilio meo.Si.certe enim ſcio.Da.nõ ſatis me pernoſti etiam qualis ſim ſimo.Si.ego ne te?Da.ſʒ ſi q̃d

narrare occepi,continuo dari tibi verba cẽſes.Si.falſo.Dau⁹.Itaq̃ hercle nihil iã mutire audeo.Si.hoc

ego ſcio vnum,neminem peperiſſe hic.Da.intellexti?

ſed nihilo ſecius mox deferẽt puerum huc ante oſtiũ:

id ego iã nũc tibi renũtio here futurũ,vt ſis ſciẽs:ne

tu hoc poſteri⁹ dicas Daui factũ ꝯſilio,aut dolis.prorſus a me opinionẽ hãc tuã ego eẽ amotã volo.S.vñ id

ſcis?Da.audiui,⁊ credo:Si.multa concurrunt ſimul,

qui cõiecturã hãc nũc facio:iã p̃mũ hec ſe e Pãphilo

grauidã dixit eſſe:inuẽtũ eſt falſum.Nũc:poſtq̃ videt

nuptias domi apparari,miſſa eſt ãcilla ilico obſtetricẽ

accerſitũ ad eã,⁊ puerũ vt adferret ſimul.Da.hoc niſi

ſit puerum vt tu videas,nihil mouentur nuptie.Si.

Quid ais?cũ itellexeras id cõſiliũ capere,cur nõ dixti

dicere nec facere:vnde mutos dicimus.Forſitan etiã dici poſſet nõ abſurde:iam non audeo mutire.i.nõ modo nõ audeo loqui:ſed nec hiſcere quidem quaſi non audeo os aperire ad loquẽdum.vel inter dentes immurmurare:et ſuſurros efferre.Mutire enim videtur eſſe mutorũ:⁊ eorum qui more mutoruʒ volunt loqui:ſed non audent.ſicut muti non poſſunt loq̃:nec aliquid proferre.Simo.ſcio hoc vnum neminẽ.i.nullã mulierem.Ubi aduerte neminem femmino gñe poſitum peperiſſe hic in ea domo in qua eſt Glycerium.Da.intellextin.i.intellexiſti ne neminẽ peperiſſe:ſed nihiloſecius.i.nihilominus:puer.i.infans deferet̃ nobis.ſ.mox.i.ſtatim huc añ oſtiũ o here iam nunc renuntio.i.ſignifico tibi id futurum vt ſis ſciens.i.vt cognoſcas:ne.i.vt non dicas mihi hoc poſterius.i.hoc ſequens factũ.ſ.qñ deferetur mox puer ante oſtium factũ fuiſſe ſup.conſilio aut dolis Daui.i.meis ego volo hãc tuaʒ opinionem eſſe prorſus.i.omn o amotã a me.Si.vñ ſcis id.ſ.puerũ allatũ iri.Da.audiui ⁊ credo.Simo.multa ſigna ſcʒ ꝯcurrunt.i.cõueniunt.ſimul ex eodẽ tẽdunt mihi ſupple q̃ facio:nunc hãc cõiecturã.i.qui nunc hoc qđ ſequitur cõiecio ſiue cõiecturo.Iãprimũ.i.iprincipio hec Gly.dicit ſe eſſe grauidã e Pãphilo inuentũ eſt falſum.i.cõpertuʒ eſt illud eſſe falſum vel inuentũ.i.cõuẽtũ illud eſt falſum:⁊ tũc inuentũ eſſet ſubſtãtiuũ:nũc poſtq̃ Glyceriũ videt nuptias apparari.i.preparari domi illico.i.ſtatim ancilla miſſa eſt acc rſitũ.i.vocatũ obſtetricẽ.i.mulierẽ puerperium adiuuantẽ ad eã puta Gly.iuuãdã.ſ.⁊ vt ſimul.i.ẽt afferret puerũ.Da.niſi hoc ſit vt tu videas puerũ nuptie nihil.i.nõ mouent̃.i.perturbant̃ q̃n ſtatiʒ fiãt.Si.quid ais:cũ intellexeras Glyceriũ capere id ꝯſiliũ cur nõ dixiſti extẽplo.i.ilico.Da.dicis ſupple.cur nõ dixi q̃s igit̃ abſtraxit.i.abſtulit auulſit eũ Pamphilum ab illa Glycerio niſi ego dau⁹.nã q̃dẽ.i.certe oẽs ſcim⁹ ꝙ miſere.i.valde vł nimis amarit eã nũc expetit.i.nõ recuſat ſibi vxorẽ dari ſcʒ poſtremo.i.tãdẽ da.mihi.id negotiũ.q.d.relinq̃ mihi iſtõ faciẽdũ vt vcʒ nõ recuſet.vxorẽ tñ tu,idẽ i.tutemet pge.i.pſeq̃re facere has nuptias ita vt facis ⁊ ſpo id vcʒ deos adiutores fore ſubaudi.alij codices hñt adiuturos ⁊ tunc ſenſus.ſpo deos adiuturos id negotiũ.i.nuptiarũ.Si.imo.i.ſed abi.i.diſcede:itro.i.domũ opꝫre.i.expecta me ibi:⁊ para id qđ eſt op⁹ pato.i.pare hic dau⁹ nõ ipulit me.i.nõ mihi pſuaſit oĩno vt crederẽ nunc atq̃ haud ſcio an oĩa q̃ dt ſint ṽa:ſʒ paruipẽdo.i.nõ multũ curo illa.Illud eſt mihi multo maximũ qđ ipſus gnat⁹.i.ipſe Pã.pollicit⁹ eſt mihi nũc cõueniã.i.alloquar Chre.Orabo.vt det ſup.vxorẽ gnato ſi ipetro vt det.ſ.q̃d.i.cur maliʒ.i.eligã has nuptias fieri alĩs.i.alio tpe q̃ hodie.nã id haud.i.nõ ẽ dubiũ mihi q̃n.i.ꝙ nõ ſi filius nolit.i.recuſat facere ꝙ ẽ pollicit⁹ poſſiʒ cogere merito eũ vt.ſ.faciat atq̃ adeo.i.certe vel valde vł intm̃ eccũ.i.ecce hic ipm Chremetẽ obuiã.i.i occurs

ſum. aduerbiũ eſt obuiā in ipſo tpe.i.tēpeſtiue mature l ipſa opportũitate: ⁊ l ipſo articulo negotij ſuſcepti. ¶ Adhuc archilis ⁊c. Hec ſcena poſſet eſſe continua cum ſuperiori: q2 Simo ⁊ Dauus ſteterant añ oſtiũ donec Leſbia obſtetrix egrederet: ſed nihil refert quod ſcene ponant dũmodo actus rite diſtinguant. Deos queſo vt ſi ſuperſtes ſubaudi patri Pamphili: q2 ſequitur q̃n quidē ipſe ſcȝ pater Pamphilus eſt ingenio bono. Vñ autē intelligitur non expuniitur ⁊ patri ne videatur mortem eius optare quum ⁊ filiũ ſuperſtitē deſiderat ſaltē ac curate ſupple me fallas.i.cũ curet ⁊ cetera mo te ne ꝑcipiſcā: vt metu videar abs te licet nõ metuar. Num id eſt nunquid verit⁹ es ne percipiſcam quaſi dicat. Nunquid retulit: id eſt profuit aut in re mea fuit quod tibi intermina tus ſum quum nõ minus facias. Quid.i.ad quid aut cur alias.i.alio tēpore. Imperiti aũt accipiũt alias pro aliter.

Iubeo: hec cõgreſſio duorũ ſenũ ad tale ꝑiculũ redigit fabulā vt id videat ↄſilio nõ poſſe mutari: ſȝ euētu qui euēt⁹ ē critõis p̃ntia. Nã nũc ex falſis fiēt vere nuptie. Iubeo.i.volo nã firme aliq̃d iubere velle ē) Chre metē ſaluere ſubaudi: ſȝ ſupprimit alteri⁹ pſone interuētu. Volo aũt ⁊ iubeo differũt. Nã volum⁹ animo. iubemus verbis. Chre o aduerbiũ optan tis querebam teipſum. Si. ⁊ ego te querebã inq̃. Chre. aduenis optato.i.multũ optat⁹ aliquot.i. neq; multi neq; pauci adierunt me.i.venerũt ad me nõ autē dixit acceſſerunt nã adit⁹ ardu⁹ diffi cilis eſt: itaq; adierunt quaſi importune et inter pellantes aduenerũt qui aiebant id ſup. auditũ eſſe ex te.i.a te vel filiā meā nubere hodie.i.da ri nuptui gnato tuo.ſ. Pāphilo id.i.ob id viſo.i. ad videndũ venio ne.i.vtrũ tu Simo inſanias q̃d id dixiſti: an illi q̃ id aiebant inſaniant qui ſcȝ non audita referãt. Si. Auſculta.i.audi paucis.i.bre uibus verbis. pauca etiã legit quaſi audi aliqua et ſcies quid ego veli te vl intellige facere: vl eſt ſenſus ſcies propt quid ego te tãtopere optarē et ſcies inq̃ id q; tu q̃ris. Chre. Auſculto loq̃re: id ē dic q̃d velis.i.cupias vt fiat. Si. O Chre. oro te per deos et per noſtrã amicitiã que incepta.i. inſtituta a paruis.i.iam tum cũ adhuc parui eſſe mus ⁊ a paruis ꝓ aduerbio ponit: ſicut a puulo puero accreuit.i.cepit incremētũ ſimul id eſt pa riter cũ etate q;.i. ⁊ oro inq̃ te per tuã gnatã phi lomenam vnicã. ⁊ ſolã ſine ſororib⁹ aut fratribus ⁊ per gnatũ meum cuius gnati ſeruandi.i.cuſto diendi ne perdat ſumma poteſtas dat tibi. oro ergo te vt adiuues me l hac re in hoc negotio ab ſtrahēdi filij a libidine atq; ita.i.eo pacto nuptie fiant.i.celebrēt: vt.i.ſicut fuerãt future.i.faciēde a ſuo potius q̃ a ſuũ. Chre. ah dolētis interiectio ne obſecra me.i.noli me obſecrare.i.ꝑ ſacra roga re q̃ſi.i.tanq̃ oporteat te impetrare hoc: ſcilȝ vt nuptie fiant a me Chremete orãdo me: ſcȝ cēſes i. putas me eſſe hunc alium.i.aliorũ morũ atq;.i. q̃ oli.i.preterito tpe cũ.i.qñ dabã filiã meã filio tuo ſi eſt in re vtriq;.i.ſi vtriq; noſtrorũ ē vtile: ne mini inutile. Res enim interdũ ꝓ vtilitate poni tur vt hoc eſt e re mea. id ē mihi vtile e re tua.i. ti bi vtile ⁊c. ſimilr puto hoc eē in rē vtriq; noſtrũ.i. puto hoc eſſe vtile vtriq; noſtrũ: ergo ſi eſt in rem vtriq; noſtrũ: vt nuptie fiãt accerſi.i.euoca me ſeu fac me certiorem: vl mõe: nam accerſo vl accerſio ab arcio arcis q̃d ſignificat voco vocas quēadmo dum ⁊ accerſo eiuſdem ſignificatiõis: antiqui eñ dicebãt arcio is mutãtes d litterã in r. Inde arce ſſo is. nunc autem dicim⁹ accio is. mutata d in c. ⁊ ide fit accerſio ſis: vl accerſo ſis. tertie inflexiõis vel quarte iube.i.impera vt fiant ſc l ſi pl⁹ mali eſt ex ea re: id eſt ex nuptijs q̃ cõmodi vterq; mihi ⁊ tibi oro te id.i.a te peto vt cõſulas: id eſt proſpicias ꝓuideas in cõmune.i.in commodum quod ſit mihi cõmune tecum: vel in cõmune.i.ex equali vt Donatus vult cõe ſepe di citur de duobus tñ vt hic: ⁊ Cicero ad ſulpitium q̃cq̃d nos communi ſententia ſtatuerimus.i.mea ⁊ tua ⁊ in mul tis alijs locis cõſulas igitur in cõe quaſi.i.tanq̃ illa filia mea ſit tua q;.i. ⁊ ego ſim pr̃ Pāphili. Si. imo.i.ſȝ o chre me l yctõ ſicut vlyxe volo itaq;.i. ⁊ poſtulo ita vt fiat.i.vt hoc negotiũ ↄplet neq; poſtulē.i. poſtulare vell abs te

exēplo Pāphilo? Da. q̃s igit eũ ab illa abſtraxit, niſi ego? naȝ oēs nos quidē ſcimus, q̃ miſere hãc amarit: Nũc ſibi vxorē expetit. Poſtremo id mihi da negoti: tu tamen idē has nuptias perge facere ita, vt facis ⁊ id ſpero adiuturos deos. Simo. imo abi intro, ibi me opperire, ⁊ q; parato op⁹ eſt para. Non īpulit me, hec oĩno nũc vt crederem: atq; haud ſcio, an que dixit, ſint vera oĩa. ſed parui pēdo: Illud mihi multo maximum eſt, quod mihi pollicitus eſt ipſus gnat⁹: Nũc chremē cõueniam: orabo gnato vxorē. ſi impetro, quid alias malim, quã hodie has fieri nuptias? naȝ gnatus quod pollicit⁹ eſt haud dubiũ eſt mihi id, ſi nolit, quin eũ merito poſſim cogere. Atq; adeo in ipſo tēpore eccum ipſum obuiam Chremem.

Simo. Chremes. Senex.

¶ In hac ſcena continetur egreſſio duorũ ſenum que ad tale periculum redegit fabulam: vt id videatur conſilio vitari non poſſe ſed euentu q̃ aduentus eſt Critonis preſentia. Nunc etiam ex falſis vere fient nuptie.

Iubeo chremetem. Chre. O teipſum quere bã. Si. ⁊ ego te. Chre. optato aduenis. ali quot me adiere, ex te auditũ qui aiebãt hodie filiã meã nubere tuo gnato: i d viſo tu ne, an illi inſaniãt. Si. auſculta paucis, ⁊ q̃d ego te velim, ⁊ tu q̃d queris, ſcies. Chre. auſculto: loq̃re q̃d ve lis. Si. per ego te deos oro, ⁊ noſtrã amicitiã chreme, que incepta a paruis cũ etate accreuit ſimul q; vni cam gnatã tuã, ⁊ gnatũ meũ, cuius tibi ptãs ſumma ſeruãdi datur: vt me adiuues in hac re: atq; ita vt nu ptie fuerãt future, fiant. Chre. ah ne me obſecra. quaſi hoc te orando a me impetrare oportet: aliũ eſſe cēſes nunc me, atq; olim, cũ dabam? ſi in rē eſt vtriq;. vt fiãt, accerſi iube. ſȝ ſi ex ea re pl⁹ mali eſt, q̃ cõmodi vtriq; id oro te. in cõmune vt cõſulas: quaſi illa tua ſit, Pã philiq; ego ſim pater. Si. imo ita volo, itaq; poſtulo vt fiat chreme. neq; poſtulē abs te, niſi ipſa res mone at. Chre. q̃d ē? Si. Ire ſunt inter glycerium ⁊ gnatũ. Chre. audio. Si. ita magne, vt ſperē poſſe euelli. Chre. fabule. Si. ꝑfecto ſic eſt. chre. ſic hercle, vt dicã tibi,

niſi ipſa res moueat.i.incitet ⁊ poſtulet: vt fiat Chre.quid eſt. Si.Ire ſunt inter Gly.⁊ gnatum.Chre.audio.i.intelligo capio quod dicis. Si.ita magne ſunt ire vt ſperem pamphi.poſſe auelli.i.abſtrahi ab illa.Chre.fabule.i.nuge ſunt ſcʒ. Si.profecto.i.procul dubio: ⁊ eſt particula confirmatiua.ſic eſt.i.ire ſunt magne.chre.hercle.i.ita eſt vt dicam tibi ire amantium.i.amore captorum reintegratio.i.amoris: eſt autem ſilepſis cuiuſmodi illud eſt xenophon delitie mee ſunt: mandata tua meditatio mea eſt.verbum enim ſequitur vltimum nominatiuum ⁊ cu illo congruit.Si.mo.Hem interiectio oſtẽdens dolorem

amãtiũ ire, amoris redintegratio eſt.Si.hẽ,id te oro, vt ante eamus,dũ tẽps datur,dũq; eius libido occluſa eſt cõtumelijs:priuſq̃ harũ ſcelera,⁊ lachryme cõficte dolis,reducãt aĩm egrotũ ad miſa͡ʒ,vxorẽ decmꝰ:ſpero cõſuetudine,⁊ cõiugio liberali deuinctũ chreme,dehĩc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.Chre.Tibi ita videt:at ego nõ poſſe arbitror,neq; illũ hãc ꝑpetuo habere:neq; me ꝑpeti.Si.Qui ſcis ergo iſthuc,niſi periculũ feceris? Chre.At iſthuc periculũ in filia fieri,graue eſt.Simo.Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,ſi eueniat(quod dij prohibeãt)diſceſſio.at ſi corrigatur,quot cõmoditates,vide:principio,amico filiũ reſtitueris:tibi generũ firmũ,⁊ filie inuenies virũ. Chre.Qd' iſthuc? ſi iſthuc aĩm induxti eſſe vtile,nolo tibi vllum cõmodum in me claudier.Si.merito te ſemp maximi feci chreme,Chre.ſʒ qd' ais? Si.quid? Chre.q̃ ſcis eos nũc diſcordare inter ſe? Si.ipſus mihi dauos (qui intimus eſt eorũ conſilijs)dicit:⁊ is mihi perſuadet,nuptias q̃tum queã vt maturẽ.Num(cenſes)faceret,filium niſi ſciret eadem hec velle? tute adeo iam eius audies verba.heus euocate huc dauum.Sed eccum,video ipſum foras exire.

profectum ex dicto Chremetis:qui catholicam.i.cõem ꝓtulit ſniã.ʒ.i.ob id q͛ amãtiũ ire ⁊c.Oro te vt eamus ante.i.preueniamus:dum.i.q̃diu tẽpus.i.opportunitas daꝶ dum q; libido.i.effrenis voluptas:⁊ laſciuia eiꝰ. pãphil.eſt occluſa.i.cohibita repreſſa ꝯtumelijs.i.probris.vltro citroq; datis deinus vxorẽ priuſq̃ ſcelera.i.ſcelerati mores ⁊ lachryme:harũ.ꝑ hunc Glycery inuidioſe dictũ ẽ vt i eunuccho nõ perpeti meretricũ ꝯtumelias: cõficte.i.ſimulate dolis.i.aſtutijs fraudibus ad decipiẽdũ reducãt.i.redigãt aĩu egrotũ q͛ amore.ſauciũ ad miſericordiã.i.vt miſeraꝶ eiꝰ glycery.O chreme ſpero.i.confido ipm pãphilũ deuinctum.i.alligatum irretitum allectum cõſuetudine.i.cõuerſatione et filie ⁊ coniugio.i.matrimonio liberali.facto cum libera ⁊ non ſerua qualis forte putabaꝶ peregrina illa Glyceriũ vel cõiugio liberali.i.liberaliꝶ facto ſpero itaq; ſeſe ⁊ euinctũ deĩn,vl'dehinc.i.poſtea facile emerſurũ.i.erupturum ex illis malis que in amore ſũt.chre.hoc videꝶ tibi ita futurũ ſupple at.i.ſed ego arbitror neq; illum Pamphilũ poſſe habere hãc filiã meã vꝶ contradici poteſt hanc non poſſe habere illum perpetuo:ideo amphibologia ex induſtria vſus eſt vt vtrũq; oſtenderet:et arbitror inq̃ me chremetẽ nõ poſſe perpeti.i.vſq; ad finẽ pati vt filiã habeat ſecũ.ſ.q͛ eiuſmodi mores poſt cõnubia ſit proſecuturus.Si.ergo qui.i.vnde vel quomodo ſcis iſtuc pro iſtud niſi feceris periculum.i.tẽtamẽtũ ſeu experientiã.Chre.⁊ eſt graue.i.moleſtũ iſtuc periculũ.i.tentamẽtũ fieri in filia mea.Si.nẽpe.i.certe reſpõſioni q; aptũ eſt deniq;.i.tãdẽ oĩs incõmoditas.i.importunitas redit huc.i.in meipſum recidit:nam huc de perſona loquentis dicitur ſi diſceſſio.i.ſeparatio eueniat.ſ.qd diſceſſionẽ euenire dij prohibeãt.i.auertãt.parẽteſis eſt per emphemiſmũ.At ſi.i.ſʒ ſi corrigaꝶ.i.reſipiſcat propter filiam tuam.quot commoditates id eſt opportunitates inde procedẽt.ſ.alij habẽt vide quod ipſum ſatis quadrat q̃tum ad ſententiam principio:id eſt in primis reſtitueris: id eſt reddes cõiunctiuum pro indicatiuo anacoluthõ

Dauus. Simo. Chremes.

¶ In hac ſcena Dauus ſeni inſultans vt nuptias acceleret hortatur: cui facile acquieſcit Simo.Dauo cõſiliũ ſuum prodit conaturq; fictis veras efficere nuptias que res Dauum anxium ⁊ exanimatum reddit.

filium amico tuo,quem,ſcʒ filium vides laſciuia perditum iri inuenies tibi generum firmum.i.ſtabilem ⁊ virum.i.maritum filie tue.Chre.Quid iſtic verbũ concedentis eſt ⁊ velut victi ita vt iſtic abundet: vel ſenſus.qd iſtic facis ſup.quaſi conceſſionẽ tandem ſubiuncturus. Uel quid iſtic:id eſt iſte dicit ſup.admirando:ſi induxit per ſincopẽ ſup.animum.i. ſi tibi imperaſti vel tibi perſuaſiſti iſtud eſſe ita vtile nolo vllum cõmodum claudier ꝓ claudi per paragogen.tibi in me.hoc eſt nolo tuum conmodum retardari per me.Si.O chr. merito.i.iure ſemper maximi feci te.i.plurimi exiſtimaui.chre.ſed quid ais.Simo.Quid.chre.qui.i.quo ſcis eos nunc diſcordare inter ſe ſcʒ.pam.⁊ Gly.⁊ eos dixit quod maſculinũ genus preponderare dʒ feminino.Si.ipſus Dauus quaſi qui maxime ſciat qui eſt intimus:id eſt familiariſſimus propinquiſſimus cõſilijs.id eſt propoſitis ſcorum Pamphi.⁊ Gly.dixit mihi: et his perſuadet mihi vt maturem.i.accelerem nuptias:q̃tum queam. Nũ.id eſt nunquid:quaſi dicat non cenſes.i.iudicas qd ſup.faceret niſi ſciret filiũ vel hec eadem.Adeo certe tute:id eſt tuipſe iam.i.nũc audies verba eius.Deinde admonet alios ſeruos vt euocet dauum ad ſimonẽ.Heus aduerbiũ vocantis ⁊ attentionem petẽtis.euocate.i.accerſite dauum huc.i.ad me atq; eccum.i.ecce hic prope video ipſu͡ʒ exire foras.Ipſe eñ iuſſu ſimonis abierat intro:vt pararet poranda.

¶ Aſcenſius

Iubeo Chreme ⁊c.Egreſſu erat chre.ad diſquirendum quid ſibi vellet quod fama eſſet filiam ſuam eo die a Pamphilo deducendam quum ipſe id neſcire ⁊ pollet ⁊ ita ſimo ad ipſum profectus occurrit ⁊ prior ſalutat eundem.Accerſi iube.Accerſo tertie eſt: vnde hic infinitiuus paſſiuus nec reperitur quarte apud idoneos.Amantium ire amoris re integratio eſt. Aptum prouerbium.Eſt autẽ in locutiõe zeuma ab inferiore.Et boni textus hñt redintegratio d interiecto ꝓpter meliorẽ ſonũ.Illud autem reciprocum ſeſe dependet ad emerſurũ non ad deuinctum:q͛ ordo eſt deuinctum coniugio liberali emerſurum.i.elaturum ſeſe ex turpi vita . Preterea illud nempe incommoditas omnis huc redit.non intelligo:vt huc ſit in me:ſed huc.i. ad hanc rem quam dicam.i.peſſimum quod inde euenire poteſt vt fiat hoc eſt ſi eueniat diſceſſio ſeu diuortium:quia non in ſimonis tantum:ſed etiam in Chre.⁊ filie eius damnum fieret.Quot cõmoditates ⁊c. pulchre deſcribit legem amicitie:que vult vt plus cõmodi cõſequaꝶ qui petit q̃ dãni accipiat qui dat:nam aliter non eſſet petendum.

Tertius actus

AD te ibam ⁊c. Hic locus eſt in quo iam ad diſcrimen mali producta comedia in meliorem partem iam incipit inclinare. Da. Ibā. ego dauus ad te. ſimonem. Si. quid nam eſt. Da. cur vxor non acceſſitur. i. ad uocatur vel adduci curat. Iam aduesperaſcit. i. ad veſperum inclinatur dies. Si audin. i. audi o ne tu chremem illum. Da. Ego ſemp grauis eſt inceptio orōnis que exordium ſumit a pronomine ego dudum i. pauloante. Aduerbia tpis aut certa ſunt vt hodie cras: aut incerta vt dudum nuper. Itaque incertis certum addit tpus: vt iamdudū iam nuper. O daue veritus ſum non nihil. i. al. qd timui ne quid a te fieret ſed breuitati ſtuduit poeta: vt alibi. uetui a chryſide ne. i. q̄ faceres idem qd vulgus. i. ma or pars ſeruorū ſolet. ſ. vt. i. q̄ deluderes. i. ludibrio oſtenderes me ſenē dolis. i. aſtutus malis ppterea q̄ filius amat. i. amore captus eſt. Da. egon. i. ego ne facerē. i. facere. velit iſtuc vez te deludere dolis. Si. credidi q̄. i. ⁊ ego adeo. i. valde metuēs: id ne. ſ. deciperet celaui vos ſeruos id ſup. qd dicā nūc. Da. Quid eſt? Si. Nā ppemodū. i. vt admodū vt vult Donatus vel ferme ppe habeo iaz fidem tibi. i. credo tibi Da. tādē cognoſti. i. noui ſti. q. i. qualis ſiem. hoc eſt ſim. Si. nuptie nō fuerant future. i. faciende. Da. quid id eſt cur nō fuerant future? Si. ſed ſimulaui nuptias futuras ea gratia. i. cauſa vt pertētarē vos. i. perfecte de vobis periculum facerē. Da. quid ais. Si. ſic res ē. Da. vide nunq̄ quiui egomet intelligere iſtud. Uah. interiectio indignantis vel increpātis ac deridētis. conſiliū. i. propoſitū cōmētum: callidū. i. aſtutia ⁊ ca id tate plenū. hoc aūt dictū exclamatione tollēdū eſt. q. d. cōſiliū illud eſt multū callidū ⁊ irridet dauus ex pacto ſimonē. cum eū non latebat eiuſmodi cōſilium. Si. audi hoc vt. i. poſtq̄ iuſſi te dauum introire huc. i. in domū parandorum obſoniorum gratia hic Chre. fit obuiam. i. occurrit ⁊ preſto eſt mihi oportune. i. tēpeſtiue. Dau. he n dolentis interiectio nōnam. i. nunquid perimus. i. perditi ſumus. ⁊ nam adiectio eſt ſyllaca vt quinā. Si. narro huic chremeti que tu dudū i. pauloante narraſti mihi. Da. quidnā audio: alij audia. Si. oro vt ipſe chre. det gnatum virḡ exoro. i. obtineo id. Da. occidi. i. perij. perdit⁹ ſum Si. hem indignantis interiectio hic eſt quid dixiſti. Da. inq̄. i. dico vl' dixi optime factum eſſe ſc3. Si. Nunc nulla eſt mora per hunc. i. non ſtat per chremetē quominus nuptie fiant. Chre. nunc ibo domū dicā vt apparent̄ obſonia. ſ. atq̄ renuntio. i. ſignifico huic filie mee. ſ. Si. O. daue nunc te oro. qm̄ tu ſolus effeciſti. i. faciendo perfeciſti has nuptias. Da. dauus interrūpens ſermonē dicit. ego vero ſolus effeci nuptias: hoc aūt dicit nō ad confirmationē ſ3 ad increpationē. Si. ſubdit ſimo qd fuerat dauus rogaturus porro. i. deinceps in futurum. vel hortādi eſt aduerbiū enitere: id eſt, labora: quaſi difficile ſit ⁊ conatu opus corrigere id eſt ad vitam rectam redigere mihi gnatū. ſ. pāphilum. Da. hercle. i. per herculem faciā ſedulo i. iſtāter quaſi ſine dolo. Si. potes corrigere nūc dum animus eius eſt irritatus. i. commotus ira ſiue concitatus ⁊ prouocatus. Da. quieſcas. i. conquieſce neq̄ de hac re labores. Si. igit̄ age. i. vel dic vel loquere vel eſt aduerbiū hortātis: quo ad hortatur eum: vt faciat qd pollicet̄ vbi ipſus pamphilus eſt nunc. Da. mirum. eſt. i. miror ni. i. ſi non eſt domi cum ſine inimicitie illi cum amaſia. Si. Ibo ad eum filiū atq̄ dicam itidem. i. ſimiliter illi hec eadem que dixi tibi. Da. nullus. i. non ſum plus: eſſe eū nullum eſt minus q̄ periſſe. Nam qui perit corpus habet reliquum. qui vero nullus eſt ita non eſt ac ſi natus non ſit quid cauſe. i. que cauſa eſt. quin. i. cur non proficiſcar tanquā reus egra et difficilis recta via. i. plana hinc. i. ex hoc loco in piſtrinum. i. in ergaſtulum piſtorum ad circum agendas truſatiles molas: nihil loci. i. nullus locus hoc eſt nulla opportunitas relictum eſt preci quaſi nūc preces apud pam. non ſint valiture iam perturbaui omnia conieci. i. impetu ⁊ iniuria immiſi filium herilem. i. pam. filium heri mei. Si. in nuptias feci vt nuptie fierent hodie hoc pam. inſperante atq̄ inuito. i. nolente. Hem iraſcētis ſibi interiectio eſt aſtutias omiſſo: vt hoīem neq̄ po hoīem neq̄ bona ironia pluraliter dixit aſtutias quaſi ei qui abūdat aſtutijs vna non ſufficiat ac ſuppetat quod. i. ſed ſi quieſſem. i. in ea re non laboraſſem nihil mali eueniſſet. Sed eccū. i. ecce hoc ante oculos video ipſum pam. occidi. i. perditus ſum. vtinam aliquid eſſet mihi hic quo. i. vt vel quo darem me precipitem nunc. i. precipitarem me mihi ipſi mortem conſciturus.

AD te ibā. Si. quidnā eſt? Da. cur vxor nō acceſſitur? iam aduesperaſcit. Si. audin tu illū? Ego dudū non nihil verit⁹ ſum daue abs te, ne faceres idē qd volgus ſeruorū ſolet: dolis vt me deluderes, ppterea qd amat filius. Da. Ego iſthuc facerē? Si. credidi, idq̄ adeo metuēs vos celaui, qd nūc dicam. Da. Quid? Si. ſcies: nam ppemodum habeo iam tibi fidem. Da. tādem cognoſti q̄ ſiem. Simo. nō fuerāt nuptie future. Da. Quid nō? Simo. Sed ea gratia ſimulaui, vos vt ptētarē. Da. qd ais? S. ſic eſt res. Da. vide, nunq̄ quiui ego iſthuc intelligere: Uah cōſilium callidum. Sim. hoc audi: vt hinc te iuſſi itroire, opportune hic fit mihi obuiā. Dau. hē, numnā perim⁹? Si. narro q̄ tu dudū narraſti mihi. Da. quidnā audio? Si. gnatā vt det oro, vixq̄ id exoro. Da. occidi. Si. hem, quid dixti? Dauus. optume iq̄ factum. Si. nunc per hunc nulla eſt mora. Chremes. Domum modo ibo: vt apparentur, dicam, atq̄ huc renūtio. Si. nunc te oro daue, quoniaz ſolus mihi effeciſti has nuptias: Dauus. ego vero ſolus. Simo. corrigere mihi gnatum porro enitere. Dauus. faciā hercle ſedulo. Simo. potes nunc, dum anim⁹ irritatus eſt. Dau⁹. Quieſcas. Simo. Age igitur: vbi nunc eſt ipſus? Da. Mirum ni domi eſt. Simo. ibo ad eū, atq̄ eadē hec, que tibi dixi: dicā itidem illi. Dauus. Nullus ſum. qd cauſe eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via? Nihil eſt preci loci relictum, iā perturbaui omnia: herum feſelli: in nuptias conieci herilem filium. Feci hodie, vt fierent, inſperante hoc, atq̄ inuito pāphilo. Hē aſtutias, qd ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali. S3 eccū ipſum video, occidi. Utinā mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me precipitem darem.

Pamphilus. Dauus.

¶ Aſcenſius.

¶ Ad te ibam ⁊c. Iocundum eſt ridere ſeruū aſtutū ⁊ callidum qui ſe ſpectat dn̄m decipere ab eodē decipi. vnde impatientiſſime perturbatur: ſed quia omnia facilia ſunt pergo.

Vbi illic eſt ⁊c. hec ſcena cuius perturbationis eſſe debeat ſupra poeta preſtruxit cū ad conſentiendum Daui conſilio tardum Pamphilum faceret. Pam. vbi illic ſcelus. i. ille ſceleſtus ⁊ illic pro ille ponitur, ⁊ ad intellectū refertur non ad verba. Nam illud eſſet dicendū: quēadmodū ſubiungit relatiuum maſculi gñis. ſ. qui vbi eſt ſilepſis per gña: cū qđ eſſet dicēdū ſi ad verba redigeret. In eo aūt ꝙ ſcelus ꝓ ſcelerato ponit̃: quidā dicūt emphaſim eſſe vbi ergo eſt ille ſceleratus Dauus qui perdidit. i. deſtruxit me. Da. perij Pam. atqꝫ cōfiteor hoc malū. ſ. obtigiſſe. i. attigiſſe mihi iure qſi dđ: qꝛ certe ſum tā iners. i. ſine arte ⁊ aſtutia: ⁊ tam nulli cōſilij. i. nullius prudētie ꝗ mihi cauere nequeā: vbi nulli in genitiuo ponit̃ vetuſte pro nullius. Nā vetere nulli nullo ⁊ ſoli ſolo declinabāt more adiectiuorū nominū nec ſola hec ſed ⁊ alia nōnulla in ius nūc genitiuum terminātia ſeruon. i. ſeruo ne. i. vix ū eſt prudētie ſubaudi me cōmiſiſſe. i. crediſſe fortunas meas. i. ſucceſſ⁹ nicos vel cōditiones ſtatus meos: ſeruo futili. i. leui inſtabili tractum a vaſe quod futile dicitur. Illud vero ſacrorū eſt: ⁊ a vaſo ſacrorū miniſtro deponit̃ ad terrā eſtqꝫ fundo acuto ⁊ patulo ore propterea in terra ſtare nō poteſt. quinimo ſtatim accūbēs effundit quicquid ī ſe liquoris eſt oblatū os ⁊ fundū acutū. Committere enim plus eſt ꝙ cōmendare cōmittim⁹ eñ que cū magno periculo volumus eſſe ſeruata. ego fero premium. i. pretium ſꝫ pretiū potius eſt pena ꝓ ſtultitia premiū pro virtute ⁊ ſapientia: honorē ⁊ lucrū premiū tñ generaliter qđ ꝓ bono aut malo facto reddit̃: fero igit̃ pretiū ob ſtultitiā: ſed ipſe ſeruus nūꝙ auferet. i. aſportabit in premium a me inultum paſſiue poſuit pro nō vindicatum. Da. Poſthac. i. in futurū ſat ſcio me fore. i. futurū eſſe incolumē. i. ſaluū: ⁊ non poſſe periclitaturū. ſi deuito. i. euado nunc hoc malum quaſi dicat tam difficile eſt hinc euadere: vt qui euaſerit videatur immortalis futurus. Pamphi. Nā quid ego nūc dicā patri: negabone me velle modo qui pollicitus ſum ducere: ꝗ fiducia. i. impudētia audeam facere id. i. negare: neſcio quid faciam nūc de me. Dona. aūt vult vt me ablatiuus ſit ſine propoſitione quaſi quid faciam me: id eſt per me ſolum. Da. equidē: id eſt certe nec neſcio mihi ꝙ quid faciā de me: per quod oſtēditur de me in dicto Pāphilo fuiſſe atqꝫ ago id ſedulo: id eſt inſtāter cogito: vt ſciam quid de me ſit facturum vel faciam dicam me inuenturū iam aliquid vt producam. i. proferam prolatem protendam differam aliquam moraꝫ huic malo.

¶ Quemadmodum hec ſcena perturbationis plena eēt futura ſupra poſuit poeta cum conſentiēdum Daui conſilio tardum induceret Pamphilum. hic nunc indignatur Pamphilus ſtomachaturqꝫ ꝙ ſeruo futili auſcultauerit.

Vbi illic ſcelus eſt, ꝗ me perdidit? Da. perij.
Pā. atqꝫ hoc cōfiteor iure obtigiſſe: qñquidem tā iners, tā nulli cōſili ſum. ſeruō fortunas meas me cōmiſiſſe futili? ergo pretiū
ob ſtultitiā fero: ſꝫ inultū id nūꝙ auferet. Da. Poſthac
incolumē ſat ſcio fore me, nūc ſi deuito hoc malū. Pā.
Sed qđ ego nūc dicā p̄ri? negabon velle me, mō q̄ ſuꝫ
pollicit⁹ ducere? q̄ fiducia id facere audeā? nec qđ me
nūc faciā, ſcio. Da. nec quidem me, atqꝫ id ago ſedulo.
Dicā aliqđ iam inuēturū, vt huic malo aliquā ꝓducā
morā. Da. Oh. Da. viſus ſuꝫ. Pam. Ehodū bone vir.
qđ ais? vidē me tuis cōſilijs miſerū impeditū eſſe? Da.
at iā expediā. Pā. expedies? Da. certe pāphile. Pāp.
nēpe vt modo. Da. imo melius ſpero. Pāph. Oh, tibi
ego vt credā furcifer? tu rem impeditā, ⁊ perditā reſtitues? Hem, quo fretus ſiem, qui me hodie ex trāquilliſſima re cōiecisti in nuptias. an nō dixi hoc eſſe futurū?
Da. dixi. Pā. qđ merit⁹ es? Da. crucē. Sꝫ ſine paululū
ad me vt redeā, iā aliquid diſpiciā. Pā. hei mihi, cur
nō habeo ſpatiū, vt de te ſumā ſuppliciū, vt volo? Nā
ꝙ hocce tp̄s precauere mihi me, haud te vlciſci ſinit.

In hac. In hoc loco pſona machinata loquitur. nam hic Crito argumento nihil debet: ſed abſolutionē erroris facit ⁊ ſimul q̄ grauis q̄ modeſtus. q̄ʒ iuſtus ſit oñdit Crito. hoc qđ ſequit dictum eſt nubi: ſcʒ chryſidem habitaſſe in hac platea. i. in hac pte vrbis plana ⁊ lata q̄ chryſis optauit. i. elegit. Nā optare eſt vnū de duob⁹ eligere ſeſe. i. ſeipſam parare. i. acq̄rere quaſi alo heredis habēdi hic diuitias inhoneſte poti⁹ q̄ viuere paup pro pauperē: vt poſuit ex aliquoꝝ ſnia. non eñ ſepe in vſu eſt hic dicēdi mod⁹ optauit ſeſe viuere paup: id tñ dicēdi gen⁹ iterdum inuenit Luca. x. Titūqʒ putauit. iam bonus eſſe ſocer. q̄ ergo viuere honeſte paup. i. inops in patria ſua. Crito ita oſtendit Chryſidem contempſiſſe patriā: honeſtatē: ⁊ paupertatē morte. i. per mortē: vel ex morte eius ea bona que parauit redierūt ad me lege. i. per legem: q̄ in familiam redeunt ſi nō eſt heres de primo: aut ex teſtamento: ſed video quos percunter. i. interrogem. Sed interogatio differt a pcontatione. nam interrogationi neceſſario rñdetur aut ſic aut non: ſed non percontationi. ſaluete. i. ſalui ſit⁹s Dauo ⁊ Miſidi dictū eſt: ⁊ maſculinū ꝑpōderauit feminino. Mi. obſecro q̄ video ne. i. vtrum Crito ſobrin⁹ Chryſidis. i. cognat⁹ eſt hic ſobrini vt aliqui volunt dr̄ quaſi ſororini. i. nati de duabus ſororibus. Uel vt alij volunt ſobrini ſunt cōſobrinoꝝ filij. Deinde miſis attentius viſo Critone ſubdit: Is eſt Crito ſcʒ. Crito. O miſis ſalue. Mi. O crito ſaluus ſis. Crito. Itan. i. itane Chryſis perijt ſubaudi. ſʒ impedirit genit⁹. Mi. hem eiulando pferēda eſt pticula. Hem. quidē. i. certe. pol perdidit. i. deſtruxit nos. ſ. me ⁊ herā Gly. miſeras. Chry. quid vos facitis ſup. quo pacto. i. quō hic vos habetis vel valetis ſatin. i. ſatis ne recte. ſ. vos habetis vel valetis. Miſ. nos ne. i. petis vtrū nos habeam⁹ recte ⁊ qđ faciam⁹. Habemus nos vel facimus inq̄ ſic vt quim⁹. i. poſſumus: q̄ñ i. quia non licet i. non permittitur nos habere vel facere vt volumus aiunt per parentheſin eſt legendum id eſt fertur: vt dicitur vt aiunt homines quaſi ſit prouerbium: quale eſt illud Cecilij. Uiuas vt poſſis quando nequis vt velis. Crito. quid Glyce. facit ſcilʒ iam. i. nunc repperit ſuos parētes hic. i. Athenis. Mi. vtinam repperiſſet. ⁊ p negatione hoc dictum eſt quaſi non repperit. Cri. an etiam nondum. i. non adhuc repperit. Haud. i. non, auſpicato: id eſt. infeliciter quaſi aut non prius captatis auſpicijs: aut male captatis quaſi dicat malis auibus huc me contuli:

intempeſtiue immature. et qđ dici vulgo ſolet: in mala hora: appuli. i. applicui: adegi me huc. nā pol ſi ſciſſē id. ſcʒ eā nōdū parentes reperiſſe. nunq̄ retuliſſem pedē huc. i. nunq̄ huc acceſſiſſem quaſi nūq̄ extuliſſem ſeu ſublenaſſem pedem huc venturus: vbi Teretiꝰ antiq̄tatem ſecutus retuliſſem dicit a tollo. Nam vt dicit Priſcianus. tollo tetuli facit. pro quo nunc in vſu frequenti eſt ſuſtuli. Atulo quoq̄ qđ apud veſtuſtiſſimos in vſu fuit tetuli dicebant. Hec Glyce. ſemper dicta eſt eſſe ſoror eius Chryſidis. atq̄ habita. i. indicata extimata ⁊ credita poſſidet ea bona

licet. Miſis. optume hoſpes pol Crito antiquū obtines. Cri. duc me ad eam, quando huc veni, vt videam. Mi. maxime. Da ſequar hos: nolo me i tempore hoc videat ſenex.

que fuerāt illius Chryſi. nunc exempla aliorū cōmouent. i. admonent: cōmonefaciūt. quam. i. quantū ſit mihi facile (quaſi dicat difficille) ⁊ vtile, q̄ſi dicat inutile) me emphaſiʒ habet quaſi ſenē pauperem ⁊ a litibus remotum hoſpitē: id eſt pegrinū ſequi. i. exercere agitare lites: id eſt litigia cōtrouerſias. hic: id eſt in hac vrbe aliena mihi et ignota ſimul. i. etiā arbitror iam aliquē eſſe amicū ⁊ defenſorē eius Glycerij. Nā fere iā grādiuſcula: id eſt adulta excreta grādi: a: ita comparatiuum illud diminutiuum ſumatur p poſitiuo etiā diminutiuo ſi haberemus tanq̄ ſi diceretur grandula. Nam grandis de etate ſepe dr̄. itē de pecunia ⁊ prole. Fere ergo iā. grandiuſcula profecta eſt. i. deceſſit illic. id eſt ex andro: clamitent. i. clamitare poſſint me ſycophātā. i. calūniatorē: cauillatorem. mendicum. i. inopem ⁊ quaſi petentē ſtipem perſequi. i. pſequi vel repetere in iudicio hereditatē. ſ. ſucceſſionē ſobrine. Sycophāta ad verbum interpretādo dicitur ficuū comeſtor. Nā ſycos grece dicitur ficus ⁊ phāta comeſtor quaſi ficuū comeſtor: traducitur tamen a noſtris calumniator. Nam vt inquit Syneſius grāmaticus grecus ex duobus ſeruis grecis alter aſſumpſerat ficus alter quis prorſus excepiſſet ignorabat domino tamē cōquerente a ſonte inſons accuſabat herus prudentiſſimus vtriq̄ calidam aquā prebuit ſolus delinquēs euomuit. Quid enim ieiunꝰ euomeret niſi inteſtina. tunc primum natum eſt id verbum ſycophāta. id eſt calumniator: quia delinquens inſontē falſo crimine calumniabatur. Mēdicus vt vult Uarro animus dicitur. Uel vt Feſtꝰ ait ex ſententia Uarri a mente quam fefellerit fortuna vel quod precatur quēq̄. vt vite ſue medeatur cibo, ⁊ tunc a medeor diceret. Tū. i. preterea non licet quaſi dicat non eſt honeſtum diſpoliare i. vacuam omnibus bonis relinquere ipſam: quia ſcʒ nihil ſuū habet. Miſis. O crito hoſpes: id eſt aduena pegrine aliengena optime. pol tu crito obtines. i. habes vel poſſides ⁊ aſſecutus es āti quum morem ſupple vel ingenium vel obtineo. ſ. obſeruas antiquum ſcʒ equum ⁊ bonum Cri. quādo huc veni: id eſt cum huc venerim quāuis nihil habiturus ſim: duc me ad eā Glyceriū: vt vidcā eam ſcʒ Mi. Maxime. q. d. libentiſſime redxcā. Da. ſequar hos nolo vt: id ē quod ſenex ſcilicet Simo videat me in hoc tempore.

Quintus actus.

Chremes. Simo.

Hec ſcena continet diſceptationem officiorum patrum duorum inter ſe de officio amicorum et paterna pietate tractantium. Chremes ob natum filium ex Glycerio generum recuſat.

SAtis iā, ſatis Si. ſpectata erga te amicitia eſt mea: ſatis pericli cepi adire: orandi iā finē face. duʒ ſtudeo obſeq̄ tibi, pene illuſi vitā filie. Sim. imo enim quā maxume abs te poſtuꝰo atq̄ oro Chreme, vt beneficiū verbis initū dudum, nūc re comprobes. Chre. Uide, q̄ iniquus ſis pre ſtudio, dum efficias id quod cupis: neq̄ modū benignitatis, neq̄ quid me ores, cogitas. naʒ ſi cogites, remittas iaʒ me onerare iniurijs. Simo. quibꝰ? Chre. Ah rogitas? ꝑpuliſti me, vt homini adoleſcentulo, in alio occuppato amore, abhorenti ab re vxoria, filiā darem in ſeditionem, atq̄ incertas nuptias: eius labore, atq̄ eiꝰ dolore guato vt medicarer tuo. inpetraſti: incepi, dum res tulit: nunc non fert, feras. Illam hinc ciuem eſſe aiunt: puer eſt natus: nos miſſos face. Simo. Per ego te deos oro, vt ne illis animū inducas credere, quibꝰ id maxume vtille ē, illū eſſe q̄ deterrimū. nuptiarū grā hec ſunt ficta, atq̄ īcepta oīa. Ubi ea cā. quā obreʒ hec faciūt, erit adēpta his, deſinent. Chre. erras.

SAtis iam ⁊c. Hec ſcena officiorū diſceptationē cōtinet patrū inter ſe tractantiū de officio amicorum et paterna pietate. Chre. O Si. iā ſcʒ nunc ſatis. Hec repetitio oſtēdit Chremetē cumulate ſuo in Simonem functum officio: amicitia mea erga te eſt ſatis ſpectata. i. probata incepi adire. i. ſubire ſatis pericli. i. periculi ſyncope. face nunc finē orādi. i. ſiſte preces dū ſtudeo. i. laboro obſequi. i. morē gerere tibi: pene. i. propemodum illuſi. i. ludibrio inquinaui ſiue ridiculam pene reddidi vitā filie ſcʒ Philomene. Si. imo eſt. i. ſed certe nunc O chremes oro atq̄ poſtulo abs te cōprobes. i. cōfirmes nunc re. i. ipſo effectu beneficiū initū. i. inceptū ſiue ceptū ab ineundo. i. incipiendo dudum. i. paulo āte verbis. id eſt per verba. Chre. vides q̄. i. q̄tum ſis iniquus. i. iniuſtus petitor pre ſtudio. i. pre nimia cupiditate faciendi quod inſtiteris. dum. i. dummodo efficias quod cupis velis vel iubes. neq̄ cogitas. i. mente voluis modum. i. iuſtam menſuram benignitatis. id eſt vel liberalitatis: vel manſuetudinis debite in amicitia: neq̄ cogitas quid. i. quam rem iuſtam an iniuſtam ores me. Oro enim regit duos acuſatiuos. nam ſi cogites iam remittas. i. ceſſes deſiſtas ſuperſedeas onerare me iniurijs. id eſt iniuſtis petitionibus. nam iniuria dicitur quicquid non iure fit. Sim. quibus iniurijs ſcilicet te onero. Chre. ah interiectio dolentis et indignantis rogitas. i. percontaris quibus iniurijs perpuliſti: id eſt tuis importunis precibus me impuliſti vt darem filiam homini adoleſcentulo occupato. id eſt detento in alio amore quā filie: et abhorrenti: id eſt perquam alieno ab re vxoris: id eſt a coniugio legitimo in ſeditionem: id eſt diſcordiam atq̄ in nuptias incertas: id eſt non firmas: quoniam eam fortaſſis relinqueret ⁊ in alterius amore fixus inhereret aut rationem aliquam iniret qua eam repudiaret et quidem perpuliſti me: vt id facerē adhuc precipue finem medicarer: id eſt mederer tuo guato. id eſt Pamphilo qui amoris graui vulnere ſaucius eſt. impetraſti. id eſt iuſſiſti familiaritatis iure vt id facerem incepi id facere dudum. i. quandiu res retulit compoſitū pro ſimplici protulit. id eſt quandiu honeſtas poſtulauit ac paſſa eſt: nunc res: id eſt honeſtas vel vtilitas filie non fert. i. non poſtulat non patitur feras: id eſt patiaris oportet quandoquidem filiam non ſum daturus cum res non ferat. aiunt: id eſt dicunt homines quaſi rumor eſt per contemptum dixit aiunt illam Glycerium eſſe ciuem hinc: id eſt ex athenis

puer natus eſt ex ea fac nos miſſos qđ vulgo dici ſolet dimitte nos in pace nec amplius ſcribus aures nr̃as obtunde ſi per deos ego oro te: vt ne. i. nõ inducas aim. i. tibi imperes aut perſuadeas credere illis quib⁹. i. maxime vtile eſt illum filium eſſe ꝙ deterrimum. i. peſſimũ deprauatiſſimũ pditiſſimũ puerſiſſimuʒ vbi ꝙ pro valde ſuperlatiuo iungitur. hec omnia ſunt ficta. i. ſimulata atꝗ incepta gratia. i. cauſa nuptiaꝝ vbi. i. quãdo ea cã ꝙobrem: id eſt ppter quã cãm faciunt hec erit adempta. i. ablata deſinẽt. i. ceſſabunt fingere et comminiſci mẽdacia. Chre. erras id eſt te decipis deliras egomet vidi ancillaʒ obiurgare. i. rixari cũ dauo. Si. Scio. q. d. intelligo illud: ſed ſimulabat ancilla. Chre. at vo. ſ. vultu vidi eam obiurgare. q. d. ſerio obiurgabant nõ ſimulate cuʒ neuter preſenſerat. i. pceperat me adeſſe ibi. Si. Credo quod dicis ⁊. i. etiam Dauus ꝓ dixit mihi dudũ mulieres illas facturas. i. obiurgaturas ac diſturbaturas nuptias ⁊ neſcio quid. id eſt quare vel propter qđ oblitus ſum dicere tibi hodie. ac. i. ſicut volui vel ac. i. cõtra quã volui vt Donatus ſentit.

Cum Dauo egomet vidi iurganteʒ ancillaʒ. Si. ſcio.
Chre. at vero vultu, cum ibi me adeſſe neuter tum preſenſerat. Si. Credo, ⁊ id facturas Dau⁹ dudũ predixit
mihi, ⁊ neſcio qđ tibi ſuʒ oblit⁹ hodie, ac volui, dicere.

Dauus. Chre. Si. Dromo. Seruus.

¶ In hac ſcena principium iudicij Glicerium ciuem eſſe atticam: continetur preterea Simonis indignatio aduerſus Dauum quem in vincula conijcit. Mire quoque ⁊ artificioſe exprimitur conſuetudo patris ac domini offenſi et excandeſcentis.

Animo iã nunc otioſo eẽ impo. Chre. Hem Dauuʒ tibi. Sim. Unde egreditur? Dau⁹. meo preſidio, atꝗ hoſpitiꝭ. Simo. quid illõ mali eſt? Da. ego cõmodiorem hoſem, aduẽtum, tempus, non vidi. Sim. Scelus quẽnã hic laudat? Dauus. Ois res eſt iam in vado. Si. Ceſſo alloq? Da. heus eſt: quid agam? Si. O ſalue bone vir. Dau⁹. Hem Simo, O noſter chreme, oĩa apparata iã ſunt intus. Si. curaſti pbe. Da. vbi voles, acceſſe. Si bene ſane: id enimuero hic nunc abeſt, etiaʒ tu hoc reſpõdes? qđ iſthic tibi negoti eſt? Da. mihin? Si. ita. Dau. mihine? Si. tibi ergo. Da. Modo itroij. Si. quaſi ego ꝙdudum rogem. Da. cum tuo gnato vna. Si. an ne eſt int⁹ Pãphil⁹? Da. crucior miſer. Si. Eho, nõ tu dixtin eſſe inter eos inimicitias carnifex? Dau⁹. ſunt. Si. cur igitur hic eſt? Chremes. quid illum cenſes? cũ illa litigat. Dauus. Imo vero indignũ Chre. iam facinus faxo ex me audias. Neſcio quis ſenex modo venit: ellum, confidens, catus: cum faciem videas, videtur eſſe quãtiuis preti: triſtis ſeueritatis ineſt ĩ voltu, atꝗ ĩ verbis fides. Simo. quidnam apportas? Da. nihil equidẽ, niſi qđ illũ audiui dicere. Si. Quid ait tãdẽ? Da. Glicerium ſe ſcire ciueʒ eſſe atticã. Si. Hem dromo, dromo. Dro. qđ

¶ Aſcenſius.

Satis iam ⁊c. Hoc eſt principiũ quinti ⁊ vltimi act⁹. Nã Dauus ⁊ Crito ac miſis ingreſſi ſunt ad Glyceriuʒ vbi Pamphil⁹ erat. Chremes aũt ad Simoneʒ vnde nũc eum eo egrediens ait. Nũꝗ auteʒ vehementius exaudiuit Simo quam hic vbi fabula ad finem tendit.

Animo iam ⁊c. Hec ſcena pncipiũ iudicij: ⁊ iracũdiã ſenis ptinet atꝗ in ea vehemẽter exprimitur ꝯſuetudo pris ac dñi offenſi ⁊ indignãtiꝭ. Da. exultans egreditur (Dau⁹ nuntiãs pnacẽola) ad ſecuritatẽ. Impero. i. volo vl' iubeo vt ſtatiʒ fiat eſſe iã nũc animo ocioſo. i. ſecuro qđ dicendi genus hoc pacto otiã dicetur a metu ocioſum animum eſſe iubeo. Nã ociũ capitur pro ſecuritate ſicut negotiuʒ pro ſolicitudine. Chreme. Heʒ. Da. tibi video ſubaudi vl' aliquid tale. Simo vnde egreditur cuʒ indignatiõe hoc dicitur. Da. Dauus non videns Chremetem neꝗ Simonem continuat ſuum ſermonẽ inꝗ eſſe animo ocioſo ꝓſidio meo atꝗ preſidio. i. auxilio ⁊ bñficio hoſpitis. i. critonis pegrini ⁊ alienigene. Si. qđ illud mali eſt. De. ego nõ vidi hominẽ commodiorẽ. i. opportuniorẽ nõ vidi inꝗ aduẽtũ cõmodiorem et non vidi inꝗ tẽpus commodius ſubaudi per ſylepſim. Si. hic ſcel⁹. i. ſcelerat⁹ refertur eñ ad ſenſuʒ nõ ad verba: ppter ſenſus autem verba ſunt nõ propter vba ſenſus ea ppter nõ eſt ſoloeciſmus. Hic ſcelus ergo eſt quem nam id eſt quẽ hominẽ laudat. Dauus. omnis res eſt iam in vado. i. in tuto in ſecuritate. Ut eñ in profundo periculum eſt ita in vado ſecuritas eſt. Eſt autẽ tritũ in ſermõe prouerbiũ. Simo. ceſſo. i. deſiſto alloqui te Chremeteʒ allocuturus Dauũ. Dauus. herus eſt quid agã. Si. O bone vir ſalue. ironia vſus eſt que increpatione maior eſt cum enim omne genus criminis aliquis ſuperauerit cum ironia alloquendum putamus. Da. Dauus oppreſſus et improuiſus ſubdit Hem. interiectio pertubati eſt. O Simo. o chreme noſter propter Glicerium compertam filiam eius omnia ſunt apparata intus quando prius dixerat ſenex abi intro et quod parato opus eſt para. Si. Curaſti probe. i. vel recte vel memoriter cure habuiſti iuſſa mea. vel curaſti pro paraſti aut decoxiſti. Da. acceſſe: id eſt voca inuitatos vbi. i. quando voles. Si. bene ſane. i. valde bene dicis ſupple. Nã ꝗ ſanus eſt is eſt validus. Enimuero. ſ. certe is ſcilicet Dauus conuertit enim Simo ſermonem ſuum ad Chremetem. Nunc abeſt hinc: id eſt ab hoc loco in quo parari deberent nuptie. Deinde reducit ſuum ſermonem ad Dauum etiam tu hoc reſpondes an non ſubaudi vt donatus. Alij legunt reſponde: vt ſit imperantis quid negotij. i. opere ſolicitudinis eſt tibi iſthic. i. vbi tu es ante Glicerij oſtium. Da. neſciens quid reſpondere debeat dici mihin. i. mihi non loqueris ſcʒ. Si. Ita tibi dico ſcilicet. Da. mihin ne dixerat prius corrupte mihi nũc plene profert. Si. tibi ego dico. ſ. Dauo. Intro modo. ſ. pauloante. Si. quaſi per quandam deriſionem dr̃ quaſi. i. interrogem ꝙdudum. i. quanto ante tempore introieris. ſcʒ. Da. introiui inquã vna gnato tuo Pamphilo. Si. an ne. i. verum Pamphilus eſt intus. i. in domo Glycerij. Da. Dauus in verbis deprehenſus et oppreſſus neſcit quid reſpondeat ſed videt ſe accuſaſſe filium ſe excuſando miſer: id eſt oro infelix crucior. i. opprimor: conficior: vexor: angor. et vt ita dicam in maximam ſum conſtitutus anguſtiam. Simo. Eho interiectio hic oſtendens Dauum oppreſſum et verbis ſuis captum vel eſt interiectio mouendo attentionem carnifex. i. improbe ſerue qui me torques tantopere non dixti. id eſt nonne dixiſti quaſi dicat ita inimicitias eſſe inter eos. ſcilicet Pamphilum ⁊ Glycerium: ſed maſculinum feminino preponderauit. Da. Sunt inimicitie inꝗ. Simo igitur cur eſt hic apud Glycerium. Chrem. irridet Simonẽ. Chremes. O Simo quid cẽſes illũ facere apud eam litigat. i. cõtendit cum illa Glycerio: vel quid. i. propter quid cenſes illũ. i. tua cenſura notas illũ.

vnde cenſores magiſtri morũ qui mores cẽſebant.i.incuſabãt ⁊ notabãt. Da. īmouero.i.ſed potius o Chre.faxo.i. faciam ꝙ ſup.audias ex me.i.ex me audies quemadmodum etiam dicimus feci vt ad te ſcriberem pro ad te ſcripſi audies ergo ex me facinus indignũ.i. incongruum inconueniens ⁊ indecens neſcio quis ſenex.ſ.Cri.venit modo.i.paulo ante ellum.i.ecce illic longe poſitũ eum.ſ.eſt aũt demonſtrantis aduerbiũ:⁊ ſimiliter ellam ellos et ellas que ſic exponit Laurentius valla ellũ ecce illic virum.ſ.ellam ecce illic mulierẽ ellos ecce hic viros:ellas ecce illic mulieres ſic eccũ eccã eccos eccas.i.ecce hic virum vel mulierẽ.viros vel mulieres.Ellũ ergo.i.ecce illic eum eſt ſubaudi conſidens id eſt conſtans interdum in malam partem capitur. ce

eſt? Simo. Dromo. Dau. audi. Si. vbũ ſi addideris. Dromo. Dau. Audi obſecro. Dro. Quid vis? Si. Sublimẽ hũc intro rape, quãtũ potes. Dromo. Quẽ? Si. Dauum. Dro. Quobrem? Simo. quia lubet. rape īquã. Dauus. Quid feci? Simo. Rape. Dauus. ſi quicꝙ mẽtitū inuenies, occidito. Si. nihil audio. ego iã te commotum reddam. Dau. tametſi hoc verũ eſt. Simo. tu tñ cura adſeruandum, vinctum: atꝙ audin? quadrupedem cõſtringito. age nunc, iã ego pol hodie, ſi viuo, tibi oſtẽdã, herum quid ſit pericli fallere, ⁊ illi patrẽ. Chre. ah ne ſeui tãtopere. Simo. Chreme, pietatẽ gnati, nonne te miſeret mei? tantum laborem capere ob talẽ filiũ? age Pamphile: exi Pãphile: ecqd te pudet?

Pamphilus. Simo. Chremes.

¶ In hac ſcena continetur querimonia Simonis aduerſus filium cum ingenti acrimonia indignantis ſubinde filij accuſatio per conceſſionem qui ſe quoꝙ omnino patris voluntati ſubmittit. poſtremo Chremes Simonem aliquando temperatiorem reddit.

Quis me volt? perij: pater eſt. Si. qd ais omnium. Chre. Ah: rem potius ipſã dic, ac mitte male loqui. Si. quaſi quicꝙ ĩ hũc iã grauius dici poſſit. Ain tandẽ? ciuis Glycerium eſt? Pã. ita predicãt. Si. ita predicãt? O ingentẽ cõfidẽtiã. nũ cogitat qd dicat? nũ facti piget? vide, nũ

conſtans interdum in malam partem capitur. ce cantus id eſt callidus doctus ingenioſus ſciens ſibi cauere vel ardens. nam ingeniorum igneus vigor eſt cum videas faciem.i.formam vel facturam eius videtur. id eſt cẽſet: quantiuis precij id eſt iudicatur tãti eſſe quanti a quouis eſtimatur: vbi precij refertur ad magnitudinẽ: ſed quãtiuis ad paruitatem differunt quãuis ⁊ quantiuis alterũ enim eſt contentionis: alterũ laudis. Seueritas i. rigor quidã triſtis.i.grauis triſtis enim īterdũ ad laudem ſumit: non ad amaritudinem. Cicero iudex triſtis ⁊ integer ſeueritas igit̃ ex triſtis ineſt in vultu dicimus enim ineſt huic rei ⁊ in hac re atꝙ fides.i.veritas conſtantia in verbis. Si. quid nam. id eſt quid apportas. quaſi dicat quid non? mali affers. vt pu⁹ vere. ⁊ ne quid andria apportet mali. Dauus. equidem nihil apporto ſcilicet niſi id quod audiui illũ Critonem dicere. Simo quid tandem.i.paucis: habet enim quiddam vrgens ⁊ accelerãs hec particula tandem ait ille ſenex. Da. ait ſe ſcire Glyce. eſſe ciuem atticã. Si. cõmot⁹ ira Simo ⁊ dolore nihil dicit niſi ꝙ lorariũ.i.verberatorem ⁊ punitorem ſeruorum aliorũ repetendo ſepius vocat. Item indignãtis. Dromo dromo. Dauus. quid eſt. Simo. Dromo veni ſubaudi. Dauus. audi. Si. ſi addideris.i. ſi adiūxeris verbum vnum cogam. ſupple te tacere aut aliquid tale per apoſiopeſim. deinde reſumit iterũ. Dromo. Dauus. obſecro audi. Dromo. quid vis? Si. rape.i. celeriter cape hũc Dauum ſublimem id eſt per altum vel elatum in altum rapiendo cũ intro.i. in carcerẽ aut piſtrinũ quãtũ potes celerrime. Dromo. quem rapiam. Simo. Dauum. Dromo. quobrem.i. cur capiam. Si. qꝛ lubet.i. libet mihi: vbi u pro.i. ponitur: inꝙ.i. iterũ dico tibi rape. Dauus. Quid feci. Simo. rape. Dauus. Si inuenies me mentitum eſſe quiddã.i. falſo affirmaſſe aliquid occidito me.ſ. plus eſt ꝙ verberato. Simo. nihil audio ergo reddam.i. efficiam iam.i. nunc te commotum idest. citum ⁊ celerem vel multum perturbatũ. Da. tametſi.i. quamꝙ hoc quod dico verum eſt. Simo. tantum.i. tantummodo tu Dromo cura id eſt da operã ad ſeruandum Dauum vinctum.i. ligatum. atꝙ audin.i. audis ne conſtringito.i. ſtricte ligato ipſum quadrupedem.i. diſpoſitum more quadrupedis aut belue vel fere: aut quadrupedem conſtringito.i. cum pedibus et manibus aut poſuit quadrupedem pro ſeruo ac fugitiuo. Dubitauit etiam donat. vtrũ quadrupes gen⁹ ſit ligature ſic appellatũ. nũc age.i. eya. ⁊ tũc eſt aduerbiũ hortantis vel age.i. ſtringe ⁊ fac qꝺ iuberis. ⁊ tũc eſt verbũ pol iurãtis eſt iã.i. nunc O Daue ego oſtendam tibi hodie ſi viuo (qui certa minari volunt incertã faciũt vitã ſuã) oſtendã ergo tibi qd pericli.i. qꝺ periculũ ſit fallere herũ ⁊ oſtẽdã inꝙ illi Pãphilo quid ſit pericli fallere patrem. Chre. ah ne ſeui.i. noli ſeuire.i. ſeuitiam tantopere exercere. Simo. o Chreme non te miſeret mei ob pietatem per ironiam dicit pietatem: qua in patrẽ filius eſſe deberet et intelligit tñ ob impietatem gnati ſ. pamphili. oportet ſupple me patrẽ capere tm̃ laborem ob talem filium cum indignatione proferendũ eſt. O Pãphile age hortãtis eſt exitũ ex egredere de Glycerij domo: ecquid.i. vtrum aliquid pudet.i. pudore afficit te: ⁊ eſt tunc perſonale verbum pudet.

¶ Aſcenſius

Simo ⁊c. Ceſſo alloq̃.i. ad qd ceſſo alloq̃ Dauũ. Ubi voles accerſe. ſubaudi ſpõſam vt ducaſ. Is eñ vero hic nunc abeſt. Is inꝙ qui pncipalis eẽt in nuptijs hoc eſt pãphil⁹. o Chreme pietatẽ gnati ſubaudi vides. q.d. video: vt nulla ſit gnati ĩ me pietas: ⁊ ergo. Nõ.i. nõne miſeret te mei. q.d. certe ſcio qꝺ ſic cũ vides me tã ſolicitũ p eo. vñ exclamat. Ita ne duo viſum aut placitum eſt. Aut ita ne iuſtum aut decẽs eſt me tm̃ laborẽ cape ob talẽ filiũ. q.d. impiũ ⁊ iniquũ id eẽ. Et ita penit⁹ deſperat de nuptijs: qꝛ filiũ non amplius excuſat: ſed palam accuſat nequitie ⁊ impietatis que duo deteſtanda ſunt vitia. Quis ⁊c. hec accuſatio eſt q̃ ſoluit̃ p cõceptionẽ in eo qꝺ ptinet ad amorẽ ⁊ p coniecturã in eo quod ad critonis perſonã ſpectat. Pamphi. Quis vult me.i. quis petit. deinde viſo patre ſubdit. perij.i. perdit⁹ ſum pater eſt qui.ſ. me vult. Si. qui: d omniũ.i. ex oĩbus excuſatiõibus que dici paſſunt ais: ⁊ eſt apoſiopeſis. eſt eñ interruptus ſermo a Chremete ipſa aũt figura eſt iratis familiaris cũ p dignitate peccati nõ inueniat̃ coniunctũ. ⁊ illud quid ais nõ eſt interrogãtis ſed increpãtis: ⁊ i eo qꝺ ait oĩm eſt eclypſis multa ſignificans vt vult Dona. Chre. ah dolentis eſt potius vero eligentis dic ipſam rem.i. ipſum factum mitte.i. omitte male loqui.i. cõtumelias inferre. Si. quaſi per ironiam ſepe particula quaſi ſumit̃.i. tanꝙ quicꝙ poſſit iam dici grauius.i. moleſtius ⁊ enormius in.i. contra hunc Pã. quam ſubaudi fecit vel peccauit. Ain.i. ais ne vt tunc Da. tandẽ Donatus capit p tñ. videt̃ aũt melius capi vt reſponſionẽ celerem vrgeat. Glycerium eſt ciuis. Pãphi. ita pre

eius color pudoris ſignum vſ͡q indicat? Adeon impo-
tẽti eſſe animo, vt preter ciuium morem, atq legem, ⁊
ſui voluntatem patris, tñ hanc habere ſtudeat cũ ſum
mo probro? Pam. me miſerum. Si. modo ne id demũ
ſenſti Pamphile? Olim iſthuc, olim: cũ ita aium idu-
xti tuum, quod cuperes, aliquo pacto efficiundũ tibi:
eodẽ die iſthuc verbum vere ĩ te accidit. Sed qd ego?
cur me excrucio? cur me macero? cur meã ſenectutem
huius ſolicito amentia? an vt ꝓ hui⁹ peccatis ego ſup
pliciũ ſufferã? Jmo habeat: valeat: viuat cũ illa. Pã.
mi pater. Si. quid mi pater? quaſi tu hui⁹ ĩdigeas pa
tris. domus, vxor, liberi inuẽti inuito patre: adducti, q̃
illã ciuẽ hinc dicant viceris. Pam. pater, licet ne pau
ca? Si. quid dices mihi Chre. attamẽ ſimo audi. Sim.
ego audiã? quid ego audiã chre? Chrem. Attamen di-
cat ſine. Simo. Age dicat: ſino. Pã. ego me amare hãc
fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoq. tibi pr̃ me de-
do quiduis oneris impone: ĩpera. Uis me vxorẽ duce-
re? hanc vis amittere? vt potero, feram hoc mõ te obſe
cro, vt ne credas a me adlegatum hũc ſenem. ſine me
expurgem, atq illum huc coram adducam. Si. Addu-
cas? Pamp. ſine pater. Chre. Equũ poſtulat: da veniã.
ſine hoc te exorem. Sim. Sino. quiduis cupio, duz ne
ab hoc me falli comperiar chre. Chremes. Pro pecca-
to magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri.

dicãt homines. ſ. Si. ita predicant. repetit dictũ Pamphi. per iracundiã. nã repetunt verba in quib⁹ arguit̃ impudentia. O exclamatio ingentẽ cõfidentiã. i. audaciã cũ improbitate: ſupra aũt capitur pro conſtanti ⁊ graui. ergo confidentia interdum in bona interdum in mala capit̃: ſed fiducia ſemper in bona. Num. i. nunquid. q. d. non cogitat quid dicat. nũ. i. nunqd eũ penitet facti ſui videnun color eius indicat. i. oſtendit vſ͡q. i. in aliqua parte faciei aut vultus ſignũ pudoris. i. erubeſcẽtie ꝓpter admiſſum flagitiũ adeon. i. vtrũ eſt verũ ſubaudi eã filium eſſe animo adeo. i. tm̃ impotenti. i. ſuis appetitib⁹ moderari nequeunti quaſi minus potenti aut debili. ⁊ deuicto vt cupidus ſup. id ſit preter. i. cõtra morem i. conſuetudinem ſiue ius non ſcriptum ⁊ legẽ. i. ius ſcriptũ ciuiũ ⁊ preter voluntatem ſui pr̃is. tñ ſtudeat. i. laboret cupiat det operam habere hãc Glycerium cum ſummo probro. i. vituperio igno minia atq dedecore. Pam. me miſerum declamãdo. i. fateor me infelicẽ qui tãto ſim inſanus amo ⁊c. Si. ne. i. vtrũ modo demũ. i. ſolũ vel tarde. Eſt enĩ hic demum tarditatis ſignũ. ſenſiſti. i. ꝑcepiſti id videlʒ te eſſe miſerũ olim repetit: ne cõfirmat dictũ ſuũ. q. d. multo ante tp̃e iſtud verbũ. ſ. miſerũ accidit vere in te eodem die quum. i. quando induxiſti ita aim tuum. i. quum perſuaſiſti tibi hoc eſſe. tibi efficiendũ aliquo pacto. i. aliquo modo quod cuperes. i. velles: ſed qd ago cur excrucio. i. vero me. cur macero. i. affligo: cõtero debilito me: cur ſolicito. i. ſolicitum reddo ſeu cõtriſto. vel perturbo meã ſenectutem. i. me ſenio confectũ amentia. i. inſania. qm̃ inſani ſunt oẽs amantes: nec ſui compotes: ſed mẽte capti: amentia ergo hui⁹ filij: an. i. vtrũ ſolicito meã ſenectutẽ ⁊c. vt ſufferã. i. ſuſtineam portẽ feram patiar ſuppliciũ pro peccatis. i. erroribus ⁊ flagitijs huius Pamphi. imo. i. ſed poti⁹ habeat ipſe Pam. illã ſubaudi valeat. i. a me diſcedat viuat cũ illa Gly. Pã. O mi pater. q. d. veniã peto. Simo. quid mi pater q. d. quid tibi vis dicẽdo mi pater quaſi. i. tanq̃ indigeas huius patris. i. quaſi indigeas opera mea qui ſum pater tuus: domus inuenta eſt. ſ. in qua cuʒ Glycerio habitas vxor inuẽta eſt. ſ. Gly. quã foues vt vxorẽ liberi. i. puer vn⁹ ⁊ libertũ dixi de vno. vt enĩ Gellius ait antiq̃ oratores hiſtoricq aut carminum ſcriptores etiam vnum filium filiamue liberos multitudinis numero appellarũt. liberi ergo inuẽti ſunt patre ſcilʒ me inuito. i. moleſte ac egerrime ferẽte adducti ſunt homines q̃ dicant illam Glyce. eſſe ciuẽ. hinc. i. ex Athenis. Uiceris. i. viciſti coniunctiuũ pro indicatiuo. q. d. curam tui vehemẽter geſtabã: ſʒ tandẽ tua improbitate effeciſti vt eam curam eiecerim. Pamph. Pamphilus titubans ⁊ balbutiens pudore et conſcientia loquendi copiam petit O pater ne. i. vtrum licet mihi per te pauca loqui vel dicere. Simo. quid dices mihi. Chre. attamen O Simo audi. Simo. dicis vt ego audiam eum o chre. (Chremes ⁊ chreme dicitur in vocatiuo) quid ego audiam. Chremes. attamẽ ſine. i. patere quod ſupp. dicat. i. loquatur quod vult. Simo. Age hortantis eſt dicat loquatur ſino. i. do facultatẽ patior. Pamp. ego fateor me amare hãc Glyce. vel hanc amare me dubium enim eſt vtrum dicat amphibologia. ſi id. ſ. amare eſt peccare quoq. i. etiam fateor me peccare O pater dedo me tibi. i. vt ita dicam reddo me tibi quaſi cõtraria ⁊ hoſtilia volenti: impone quiduis oneris. i. quodlibet onus impera. i. iube vt exequar. vis me ducere vxorẽ vis amittere hãc Glycerium. Ferã. i. patiar vt potero. i. prout me feret facultas. modo. i. tantũmodo obſecro te hoc vt ne. i. non credas hunc ſenẽ critonem adlegatũ. i. adhibitũ a me: ſine. i. permitte vt ſup. expurgẽ. i. excuſem me atq vt adducã illum huc coram aduerbium eſt hic quaſi preſentialr̃: vt ita loquar. Si. Simo indignatus q̃ illum petit adduci Pamphilus repetit verbum ſibi diſplicẽs dicis vt adducas illum indignanter ꝓferendum eſt. Pamp. O pater ſine. i. permitte. Chre. poſtulat equum. i. rem iuſtã da veniam. i. cõcede indulge fac ei poteſtatem adducendi illius pamph. ſine. i. patere q̃ exorem hoc. i. aut tibi perſuadeam hoc: aut a te impetrem hoc. Si. ſino. i. permitto. Deinde conuertit ſermonem ad Chremetem. O chreme cupio quiduis. i. rẽ quamlibet: dum. i. dummõ. ne. i. non comperiar. i. deprehẽdar: cognoſcar vel inueniar falli ab hoc ſcʒ Pamphilo. Chre. paululum ſupplicij. i. reprehenſionis: accuſationis: iurgij: cruciatus ſatis. eſt. i. ſufficit patri in ſuum filium pro magno peccato.

Aſcenſius

Quis me vult ⁊c. Jllud q̃duis olim. Non intelligo quid olim. i. ex oibus annis ſʒ quid tu olim ſubaudi homo perditiſſime ⁊ impuſſime: eſt enĩ interruptus ſermo interloquente Chremete: Ah rem potius ipſam dic ⁊c. Adeon. i. decẽs ne eſt an iuſtũ ipſum eſſe aio adeo impotenti vt ⁊c. Olim iſthuc oli ⁊c. matura ⁊ patre digna ſentẽtia: q̃ hoc vult q̃ Saluſtius ait. Nam priuſq̃ incipias conſulto ⁊ vbi conſulueris mature facto opus eſt. Uñ etiã recte Ouid. Principijs obſta: ſero medicina paratur Quum mala per longas conualuere moras. Eodẽ die ⁊c. Stoice ⁊ ſeuere. Nã ſtoici miſerũ cenſent quencunq̃ eſſe turpẽ aggredit̃. Uñ Hora. dixeſtem inſanit: ſic nõ minus dũ matrem occideret q̃ poſt q̃ occiderat. Uñ et Seneca. Jllo nocẽs ſe dãnat q̃ peccat die. Uiceris. Cõceſſiu⁹ eſt mod⁹. Sicut enei. x. neq illum iuueris. Subiunctiuus enĩ ſepe conceſſiue ponitur: ſed hec conceſſio vim habet inhibendi. Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri. Bona ſententia ad temperandos patrum animos: vnde vtilitatis plurimum hec habet comedia

MItte ꝛc. Hic in ſcenā progreditur crito: i. cui⁹ verbis nō modo ipſe promiſit, ſed etiam qḋ ꝛ Pam. dixerit demōſtrat ꝛ hic omnis error aperietur fabule. Crito alloquitur Pamph. orantē vt firmus ſtaret ꝟbis contendēdo aduerſus patrē. Mitte. i. omitte ceſſa del. ſic orare. i. rogare me. vna q̄libet cauſa harū q̄ ſequū-tur monet me vt faciam qḋ petis et he ſunt cauſe: vel tu. i. vel tua in me beniuolentia: aut tuus honeſtus mod⁹: ꝛ tua ſermonis affabilitas monet me ꝛc. vel qḋ. i. quia verū ē qḋ dicitur⁹ ſuꝫ vł qḋ. i. qꝛ bene cupio

Crito. Simo. Chre. Pāphi.

¶ Hic in ſcenam progreditur Crito incuius verbis nō ſolum quid ipſe promiſerit: ſed etiam quid ꝛ Pamphilus dixerit demonſtratur et hic omnis error fabule aperitur.

MItte orate: vna haruꝫ q̄uis cauſa me vt faciam, monet: vel tu, vel qḋ verum eſt, vł qḋ ipſi cupio. Glycerio. Chre. andriū ego Critoneꝫ video? ꝛ certe is eſt. Cri. Saluos ſis Crito. Chre. q̄d tu athenas īſolēs? Cri. euenit. ſed hiccine eſt Si? Chre. hic eſt. Si. Men queris? Eho, tu glycerīū hinc ciuem eſſe ais? Cri. tu negas? Si. ita ne huc paratus aduenis? Cri. quare? Si. Rogas? tu ne impune hoc facias? tu ne hic homines adoleſcētulos, imperitos rerū, eductos libere, in fraudē inlicis? ſolicitando, ꝛ pollicitādo eorū animos lactas? Cri. Sanus nes? Si. Ac meretricios amores nuptȳs ꝯglutinas? Pāphil⁹. perȳ: metuo vt ſubſtet hoſpes. Chre. ſi Si. hūc noris ſatis, nō ita arbitrere. bon⁹ hic eſt vir. Simi. hic vir ſit bonus? Ita ne attemperate venit hodie ī ipſis nuptȳs, vt veniret āteac nunq̄? Eſt vero huic credēdum Chre. Pamp. Ni metuā patrem, habeo pro illa re illum quod moneaꝫ probe. Simi. ſycophāta. Crito. heꝫ. Chre. ſic Cri. eſt hic: mitte. Cri. videat q̄ ſiet. ſi mihi pergit, que volt, dicere: ea que non volt, audiet, ego iſthec moneo, aut curo? non tu tuū malū equo animo feres? nam ego que dixi, vera, an falſa audieris, iā ſciri pōt. Atticus q̄dā olim, naui fracta apud andrū eiect⁹ eſt, ꝛ iſthec vna parua virgo. Tū ille egēs, forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. Si. fabulā inceptat. Chre. Sine. Cri. ita ne vo? obturbat. Chi. perge. Crito. Tum is mihi cognatus fuit, qui eū recepit: ibi ego audiui ex illo, ſeſe eſſe atticuꝫ: is ibi mortuus eſt.

ipſi Glycerio. i. Glycerīū plurimum amo: ꝛ eō illi bene volo. Chre. Ego video critonē andriū. i. ex andro īſula. certe. i. profecto eſt is. ſ. crito ādri⁹. Cri. Chremes ſis ſalu⁹. i. ſalue quid. i. cur tu īſolens. i. inſolitus inſuet⁹ athenas veniſti ſubaudi q. d. cur veniſti athenas qui nō ſis ſolitus venire qui nō ꝯſueueris videri athenis. Inſoles enī ītterdum dr̄ inſuetus: inſolit⁹. Inde inſolentia. i. inſuetudo. Cice. Moneor etiā īſolētia loci. i. inſuetudine. Itē inſolēs dr̄ arrogās. Inde inſolētia. i. arrogantia qui enī ꝑter legē agit humanā ꝛ naturalē inſolēs dr̄. Cice. Ipſa victoria q̄ natura īſolēs eſt. Cri. euenit. i. cōtigit caſu aliquo vt athenas venirē: pudet enī eū fateri ꝓpter hereditatē veniſſe. ſed hiccine ē Simo. i. vtrū ē hic Simo. Chre. hic eſt ſimo. ſ. Si. mē. i. me ne hoc ē vtrū q̄ris me ꝛ nō q̄ris pro me: vt nōnulli cōſueuerūt dicere tāq̄ ꝑ ſermōe elegāti. Eho hic īteriectio attētionē monet vt audiat Crito dictū ſimonis: vł deridētiꝫ eſt particula tu ais Glyce. eſſe ciuē hīc. i. ex athenis vrbe. Cri. tu negas. i. inficiaris: eam eſſe ciuē atticam. Si. Ita ne ꝑ indignationē ſepe dr̄ ita ne ꝛ derīſionē aduenis huc paratus. i. ſubornat⁹ ꝛ dolo cōpoſitus. Cri. qua de re venirē. ſ. parat⁹. Si. rogas. i. interrogas tu ne. i. vtrū facias īpune. i. ſine pena ſeu punitione. i. venias parat⁹ ad decipiēdū hic. i. athenis vbi delicta vīdicāt tu ne. i. vtrū. q. d. ita illicis. i. illigas vnde licita dicta ſunt q̄ſi li gia in fraudē hic. i. athenis hoīes adoleſcētulos impitos rerū eductos libere. i. vł educatos ꝛ nutritos more eorū adoleſcētulorū qui īgenui nati ſunt vł eductos libere. i. emiſſos in viuēdi libertatem. i. quib⁹ facta eſt copia: vt libertina viuāt lactas. i. delles quadā dulcedine animos teneros. ſ. eorū ſolicitādo. i. inuitando eos: nam ſolicitare interdū ſignificat ſolicitū reddere. iterdū ꝟo eſt inq̄etare aliquē ꝛ inter ſpē metūq̄ ꝯſtituere atq̄ incitare ſeu ſtimulare: ꝛ pollicitādo. i. frequenter promittēdo illis ꝯplemēta volūtatum. Teneros alos lactare ē dulcedine aliq̄ retinere: ꝛ ad ꝯſuaſionē inducere. Un̄ oblectare dicim⁹ ꝛ delectare. Cri. ne. i. vtrū ſan⁹ es. i. ſane mētiꝫ ꝛ ꝯpos. q. d. in ſanis. Si. interruperat Crito. ſermonē. Si. quem nunc continuas ac cōglutinas. i. cōiungis vt cum glutino res alique cōiunguntur nuptȳs. i. ꝯnubio amores meretricios. q. d. nō efficit amica d̄ meretrice ſꝫ cōiūx. Pam. perȳ metue: vt. i. ne nō vt donat⁹: poſſet tamē ſimpliciter capi pro quo ſic me [illegible] qḋ hoſpes. i. peregrin⁹ ꝛ alienigena iſte cri. ſubſtet. i. ſuccūbat: neq̄ ferre poſſit ꝯtumelias patris. Chre. ſimo. ſi naris. i. ſi cognoſcas ſatiꝫ hūc nō arbitrare. i. nō ita de eo cēſeas hic. ſ. crito eſt vir

bon⁹. Si. hic vir bon⁹. q. d. ſit bon⁹ q̄ntū volet ꝛ per ironiā dictū intelligitur. vt eū nec virum nec bonum dicat ita ne. i. vtrū venit hodie ita attēperate. i. tēpeſtiue in ipſis nuptȳs. i. in ipſo articulo: ſine vt ita dicā in pūcto nuptiarum. vt nūq̄ veniret antehac. i. ante hoc tp̄s. plerūq̄ tn̄ caſus imitatur induſtria ꝛ ſepe hoc ſit vt ēt ſedula facta ſint ſuſpecta eſt ꝟo credendū huic. q. d. non eſt illi fides habēda. vbi ꝟo dr̄ ꝑ ironiā: vt Uerg. Egregiā ꝟo laudē ꝛ ſpolia ampla refertis Tuq̄ puerq̄ tu⁹: quēadmodū: ꝛ. ſ. vt id ꝑpls curat. ſ. qḋ dici ſolet de⁹ ſciat ꝟo fere hoc eodē mō capit: vt illic. ſ. Pā. ni. i. niſi metuā patrē habeo. i. ſcio. aliq̄d ſup. qḋ moneā. i. admoneā ꝓbe. i. cōmode illū Critonē ꝑ illa re. i. pro rñſione ad obiecta. Si. o ſycophāta. i. o calūniator exclamādo ꝓfert. Cri. hem interiectio indignantis. Chre. Cri. hic. Si. eſt ſic. i. talis nature ꝛ recte nā nature ignoſcit nō volūtati mitte. i. dimitte eū nec attēde ad ea q̄ dicit Cri. videat q̄. i. qualis ſit ſi perget. i. proſequetur ꝯſeuerabit dicere mihi q̄ vult: audiet q̄ nō vult ꝛc. Ego moueo. i. perturbo ꝛ curo. i. cogito iſthec q̄ tu dicis. Si. tu non feres equo animo tuū malū. ſ. amorem in filio. Nam audieris. i. audies ea q̄ dicit vera an falſa. i. ſiue ſint vera ſiue falſa ꝛ hoc vt tibi ſim moleſte ſicut ea mihi. Et additē poris celeritate inquiens iam. i. nunc poteſt ſciri an vera ſint an falſa quidam atticus olim fracta naui: id eſt naufragio facto apud Andrum eiectus eſt ad littus. ſcꝫ ꝛ vna. i. ſimul iſthec virgo parua eiecta eſt tum. i. tunc forte ille egenus applicat. i. adigit appellit ſe primum ad patrē Chryſidis. Proprie de naufragio ad littus eiecto atque egēti applicare dr̄. Si. Simo narratiōem irridens inquit inceptat. i. incipit fabulam: id eſt nugas cōmentum: mendaciū vanitatem. Chre. ſine: id eſt permitte eum loqui. Cri. ita ne obturbat vero ita ne euertit veritatem: aut reclamat aut reluctat ſeu interſtrepit veritati. Chre. Cri. perge: id eſt ꝓſequere perſeuera. Cri. tū is fuit mihi cognat⁹

que recepit eū atticū ibi.i.in eo loco audiui ex illo ſeſe fuiſſe atticū is mortu⁹ ē ibi.Chremes.crito dic ſupple nomē eius.Cri.putas ſupple:vt tā cito dicā tibi nomē oñdit eē difficile ſeſe dicturū deinde ſubdit phania eſt ſup nomē eius:ſed ita Cri.dicit vt nemo audiat adhuc ſcʒ dubitans an ipſe ſit chre.hem perij Chremis:eſt dolent ī:pōt et pāphi.eē.Cri.verū.i.ſʒ hercle opinor fuiſſe phaniā:ſcio certe hoc aiebat ſe eſſe rhānuſiū.i.ex rhāno attice pago:rhān⁹ eñ pag⁹ ē attice.Chre.o iuppit.cri.o chreme multi alij a me audiuere:tū hoc eadē i andro.i.in ea inſula.

Chre.eius nomē?Cri.nomē tā cito tibi?phania.Chre.hem.perij.Cri.Uerū hercle opinor fuiſſe phaniā.hoc certo ſcio,rhānuſiū ſe aiebat eē.Chre.o iuppiter.Cri.eadē hec chreme multi alij in ādro tū audiuere.Chre.vtinā id ſit,qđ ſpero.Eho dic mihi,q̇d eam tū Crito?ſuā ne eſſe aiebat?Cri.nō.Chre.Cuiam igitur?Cri.fratris filiā.Chre.certe mea eſt.Crito.Quid ais?Si.quid tu ais?Pamphil⁹.arrige aures pāphile.Si.Quid credis?Chremē.phania ille frater meus fuit.Si.Norā,et ſcio.Chre.Is hinc bellum fugiens,meqꝫ in aſiam perſequens proficiſcitur.tum illā hic relinquere eſt veritus.poſt illa,nunc primuʒ audio quid illo ſit factum.Pamph.vix ſum apud me.ita anim⁹ ꝯmot⁹ eſt metu,ſpe,gaudio,mirando hoc tanto,ꝛ taʒ repētino bono.Si.Ne iſtam multis tuā inueniri gaudeo.Pamphi.Credo pater.Chre.At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat,qui me male habet.Pamp.Dignus es cū tua religiōe odio:Nodū i ſcirpo queris.Crito.Quid iſthuc eſt?Chre.nomē nō ꝯuenit.Crito.fuit hercle aliđ huic paruę.Chre.quod crito?nūquid meminiſti?Crito.Id quero.Pāphi.ego ne huius memoriā patiar mee voluptati obſtare?cum ego poſſim in hac re medicari mihi.nō patiar.heus Chreme,quod queris?Paſſibula eſt.Cri.ipſa eſt.Chremē.Ea eſt.Pāphi.Ex ipſa milies audiui.Simo.oēs nos gaudere hoc Chreme te credo credere.Chremē.Ita me dij amēt,credo.Pamphi.Quid reſtat pater?Si.iandudum res reduxit me ipſa in gratiam.Pam.o lepiduʒ patrē.de vxore,ita vt poſſedi,nihil mutat chremes.Chre.cauſa optuma eſt:niſi quid pater aliđ ait.Pāph.nēpe.Si.Id ſcʒ.Chre.dos eſt Pāph.decē talēta.Pam.Adcipio.Chre.Propero

chre.vtinā id quod ſpero ſit eho:attentionē monet dic mihi quid tum.i.tunc aiebat eam Glyce. eſſe ſcilicet ne.i.vtrum aiebat eſſe ſuam filiā ſcʒ cri.Non.chre.Igitur cuiā.i.cuius filiam eſſe dicebat.cri.Aiebat eē filiā fratris chre.certe ea eſt mea ſcʒ filia.cri.q̇d ais.Si.quid tu ais.pam.alloquitur ſeipſum dicēs.pamphi.arrige aures.i.erectas prebe aures ad accipiendaʒ vocē tibi cōgruam.Si.quid credis chreme ſcʒ.chre.ille phania fuit me⁹ frater.Si.noram phaniam:ſcilicet ꝛ ſcio eū tuū eſſe fratreʒ.chre.is frater fugiēs bellum ꝛ perſequens me in aſiā proficiſcitur hinc.i.ex athenis ꝛ perſequens dicit oſtēdens ſequētis perſeuerantiā tamē frater verit⁹ eſt relinquere illā hic poſt illa vel tempora vl' ea que ſunt dicta nūc primū audio quid ſit factū đ illo fratre meo.pāphi.pāph.pre nimio gaudio ita perturbatur vt apud ſeipſum non ſit propterea inquit vix ſuʒ apud me.i.nō ſum apud me.Et magis cōſuetudine đr quam rōne vel ita dicit quaſi abierit anim⁹ in aduētu gaudij ꝛ rurſus redierit.Ꝑpropē cū aliquis ſe colligit ꝛ cōſiderat đr ad ſe redire:cū prius extra ſe exiſtēs apud ſe nō eſſet ita.i.adeo animus eſt commot⁹.i.ꝑturbatus:metu ſpe gaudio mirando.i.dum miror hoc bono tanto ꝛ tā repentino.i.ſubito id eſt propter tantum bonū ꝛ tā repentinū.Duo ſunt futurarū rerū carnifices.i.tortores:afflictores:turbatores:q: turbāt animū ſcʒ ſpes ꝛ metus:dolor enim ꝛ gaudiuʒ p̄ſentiuʒ rerū ſunt.Si.ſane.i.valde alij ne habent.i.certe vl' valde:aut nimis gaudeo iſtā glyceriū inueniri tuam multis modis.i.rationibus:gaudemus nobis gratulamur alijs.pā.o pat credo te ſcʒ gaudere.Simo.at vn⁹ ſcrupul⁹.i.vna anxietas vna difficultas vna moleſtia.Tractum eſt enim a ſcrupulo lapide minimo q̇ in calceo latēs ledit ꝛ moleſtus eſt moleſte enim ſunt pedib⁹ vie ſcrupulo ſe vnus ergo ſcrupul⁹ reſtat.i.ſupereſt reliquus eſt mihi qui male habet.i.vexat vel male tractat me.pam.dignus es cum tua religione.i.ſuperſtitione et ſcrupuloſitate odio.i.vt odio habearis queris nodū i ſcirpo ſcirp⁹ iunci ſpecies eſt leuiſſima ꝛ ſine nodo.Et ideo prouerbiū eſt de illis q̇ nimis ſunt curioſi:ꝛ qui querunt aliquid vbi non eſt quod ſic ſolet vulgo.Tu queris in veruece duos pedes:cum tamen tantuʒ ſint quatuor.Cri.q̇d iſtud eſt quod te ſolicitat.Chre.nomen nō conuenit id eſt de nomine eſt controuerſia:vel nomē nō congruit vt ſit filia mea.cri.hercle aliđ fuit nomē huic paruę.i.cum eſſet parua.Chre.quod nomē fuit?Cri.quero id.i.tento in memoriam illud redigere.pam.ne.i.vtrum patiar memoriam huius Critonis obſtare.i.nocere mee voluptati.cum egomet poſſum mihi medicari in hac re non patiar heus Chreme.Uocat Chremetem qui intuendo critonē erat attētus q̇d queris?Illa eſt paſſibula.Cri.ipſa eſt paſſibula.ſ.Chre.eſt ea que eſt filia mea.pā.audiui milies ex ipſa ſe eē paſſibulā.Si.o chreme credo te credere nos oēs gaudere hoc.i.hac re.Chre.ita dij me ament bene credo.pam.o pater q̇d reſtat.i.ſupereſt reliquū eſt.Si.res ipſa.ſ.cognitio paſſibule reduxit me iādudū.i.pauloāte in grām.i.beniuolentiā ꝛ chremetis ꝛ filij vt veʒ mihi bñ cupiant:ꝛ ego quoqꝫ illis:qđ ſi ad ſolū dicat pāphilū ad pāphilū referat tñ.pam.o lepidū patrē.i.in quo plurimū eſt lepos.ac venuſtatiſ:nā lepos eſt venuſtas Chre.nihil mutat de vxore ita vt poſſedi.i.vt iā habui eā.chre.cā eſt optima:vt nihil mutem niſi pater.Si ait aliđ eſt aliud.pā.nēpe.i.certe nihil aliud ſup.ait.Si.ſcʒ.i.ſed certe nihil aliđ aio.Chre o.pāphile dos eſt tibi decē talēta.i.p dote dabunt tibi ēt decē talēta.pā.accipio.i.grata habeo illa talēta:ſeu illam dotem habeo gratā.Chre.propero.i.ꝑperanter eo ad filiā paſſibulā.Eho admonitio eſt attētionis ad id qđ dicturi ſum⁹ me⁹ crito veni ſup.mecū.Nā credo illā haud.i.nō noſſe me.Si.cur nō iubes illā trāſ erri huc.i.traduci in hūc locum.pā.admones recte.ego dedā.i.valde dabo ꝛ cōmittā iā iſtud negotiū dauo.Si.nō pōt id negotij ſuſcipere.pā.q̇d.i.ꝑobrē nō pōt hic peragere.Si.hʒ aliud malū ꝛ maius et ſeſe.ex ſeipſo pā.q̇d.uā.i.q̇d mal:hʒ vl' quidnam.i.cur hʒ malum.Si.vinctus eſt.i.ligatus in carcere:ſiue eſt in vinculis coniectus.pā.o pater non eſt vinctus recte.i.iuſta de cā.Si.Iocatur.pater dicēs ſe nō iuſſiſſe vt ita vinciretur:ſʒ vt quadrupes ſtringeretur.haud.i.nō iuſſi ita vinci ſcʒ.pā.Obſecro iube ſolui.i.vt ſoluatur.Si.age.hortātis eſt fiat.pam.at matura.i.accelera iubere.Si.eo intro.pam.o hunc diē fauſtum et felicem.q.d.multe felicitatis plenum.

Aſcenſius.

Mitte orare. hic omnis error aperitur: et olim fit reconciliatio inuenta Gly. chremetis filia. Uocatur aũt hic per ſummã iniuriam Cri. ſycophãta: quod vocabulũ grecum eſt ſignificatq; latine comeſtorẽ ficuũ. Nam ſycos ficus eſt. phagin comedere. Et per tranſlationem ſumitur pro calumniatore qui aliũ accuſat: cuius ipſe culpabilis eſt: tractũq; eſt a ſeruis. quorum alter ficus comederat: et conſeruũ ſuũ accuſauit: dñs aũt dedit vtriq; potionem calide aque vt euomãt. euomit ergo accuſator ficus: et ita ſycophãta dictus eſt quicunq; alium ſciens iniuſte accuſat.

ad filiã. Cho mecũ crito: nã illã me haud noſſe credo. Si. cur nõ illã huc transferri iubes? Pã. Recte admones, Dauo iſthuc dedam iam negoti. Sim. nõ poteſt. Pam. Qui? Si. q; habet aliud magis ex ſeſe, et maius. Pam. quidnam? Si. vinctus eſt. Pã. pater nõ recte vinctus eſt. Si. haud ita, iuſſi. Pã. iube ſolui obſecro. Si. age fiat. Pam. At matura. Si. Eo intro. Pã. O fauſtum et felicem hunc diem.

Carinus. Pamphilus.

In hac ſcena alterum generum Chremetis comparat: ne. Carinus triſtis recedat: aut non promiſſum philomene videatur.

Prouiſo quid agat pamphilus: atq; eccum. Pãph. aliquis forſan me putet non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet. Ego vitam deorum propterea ſempiternã eſſe arbitror, q̃ voluptates eorũ ꝓprie ſunt. Nã mihi imortalitas parta eſt, ſi nulla egritudo huic gaudio interceſſerit. Sed quẽ ego potiſſimũ exoptẽ nũc mihi, cui hec narrem, dari? Cari. quid illud gaudij ẽ? Pam. Dauum video: nemo eſt quem mallem oĩm: nã hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia.

Dauus. Pamphilus. Carinus.

In hac ſcena mira arte ea que reſtant de comedia breuiter explicantur et deſignantur duorũ ſcilicet ſociorum bine nuptie pamphili et Carini. Letus quoq; comedie exitus ſubinde exhibetur et clauditur.

Pamphil⁹ vbi nã hic eſt? Pamphi. Daue. Da. Qui ſnam homo eſt? Pãphi. Ego ſũ. Dau⁹. O Pãphile. Pãphi. Neſcis quid mihi obti

In fine haud ita iuſſi. Do. legit. At ita iuſſi. vt vere mutatus videaꝛ animus chre. qui nũc iocaꝛ et ridicule dicit. At illud pamphili. Non recte vinctus eſt q; pãphilus intellexit q̃ non ſure et ex iuſta cã. At pater q̃ non ſatis firmiter vinctus eſſet vnde dicit. At. i. attamẽ. i. lz nõ recte vinct⁹ ſit ſi iuſſi. ita. i. vt recte hoc eſt firmiter vinciaꝛ. In hac autẽ comedia oẽs fuerunt commoti et perturbati: omneſq; in fine letanꝛ. Cõmotus eñ fuit ſummopere Simo q̃ñ vidit filiũ peregrine puelle amore captũ: ex ea natũ velle tollere: et eã ciuẽ aſſerere. Letatur aũt nunc quãdo videt eam eius cuius voluit filiam. Turbatus fuit pamphi. q̃ñ ſe in nuptias coniectum intellexit aut pati eſt neceſſario offendendũ. Letatur autem nunc q̃ñ cum gratia patris dilectam recipit cõiugẽ. Perturbatus fuit Chr. quum filiaꝫ ſuam vidit homini perdito ſpõſam. Gaudet nunc quando alterã quã credebat periſſe inuenit optimo iuueni chariſſimã: et vtrãq; bonis matris iungendam. Turbata fuit Gly. q̃ñ ſe a pamphi. per nuptias excludendã intellexit. Gaudet autem nunc quãdo agnito patre dilectiſſimo nubit. Turbata fuit ob nuptias et daui dolũ Miſis que nunc gaudet: aut quia cum Critone reditura eſt i patriam: aut cum Glycerio in optima domo manſura. Turbatus fuit preter morem Dauus. quãdo ſuo conſilio pamphi. in nuptias coniectum accepit. Gaudet autem nunc vinculis exemptus: et dilecto domino reſtitut⁹. Doluit Carinus quando dil gentiſſimam alteri nupturã accepit. Gaudet nunc quando eam ducet. Turbata forte fuit philomena ſi audiuit ſe a pamphi. cui nuptura erat ſperni. Gaudere aũt nunc põt amãtiſſimo iungi. Turbatus fuit Crito quum ſe ſycophantam nuncupari intellexit. Letatur nũc cum verax creditur: et ius ſuum recipit. Gaudent preterea actores: quia populũ ad finem fabule retinuerũt. Unde vt id fiat i fine breues ſunt. Uicit ergo in fine Calliopi⁹. i. principalis muſicus q̃ non eſt dauus ſed qui prologum dicit. Unde poſtquã dauus dixerat. Cho. inducit perſonã Calliopij. aut Caliopius venit dicens. Ne expectetis. Caliopius aũt videtur a Calliope muſa: q̃ bona vox dicitur dici ſed finem facio.

Prouiſo ec. Hec ſcena alterũ generum chremeti cõparat ne aut carinus triſtis recedat: aut non promiſſum videreꝛ philome. Cari. prouiſo. i. prouideo vel procedo vel pro ſimplici ponitur: id eſt eo ad videndum quid pamphilus agat atq; eccum: id eſt ecce hic eum. pamphilus. forſitan aliquis putet me nõ putare hoc eſſe verum ac mihi lubet pro libet nunc hoc eſſe verum ſic vt dicitur ſꝫ quaſi dicat alij putant vt volent ego vero illud verum eſſe confirmo quod nihil lubet verum credere ego arbitror vitam deorum eſſe ſempiternam propterea q̃ voluptates eorum. id eſt eorum gaudia ſunt proprie: id eſt perpetue ſempiterne non accommodate ad tempus ſeu mutue. Omne enim quod habemus ad mutuũ eſt aut proprium. Mutuum eſt quicquid ad tempus habemus nec poſtmodum noſtrum futurum eſt vt vxor domus villa ſerui ec. proprium autem eſt vt virtus animi et bonum ſempiternum quod proprie de dijs dicitur: non enim aliud venerunt ſed apud ſeipſos ſunt ſemper. epicurum autem Teren. hic ſecutus eſt a ceteris enim philoſophis reputatur de ocio deorum et perenni voluptate. Et intereſt inter ſempiternum et perpetuum. Nam ſempiternum ad deum: perpetuum proprie ad homines pertinet. Ergo pamph. in illam ſententiam dicit ſi propria hec fuerit voluptas deus ſum. Nam immortalitas parata eſt mihi ſi nulla egritudo. i. ſollicitudo anxietas animi aut paſſio interceſſerit. i. obſtiterit huic gaudio. ſed quem potiſſimum. i. principaliſſime exoptem dari mihi nunc. i. obuium fieri mihi cui narrem hoc. Ca. quid gaudij. i. quod gaudium eſt illud quod agitur a pam. Pam. video dauum nemo eſt omnium quem malim dare mihi. ſ. Nam ſcio hunc ſolum gauiſurum ſolide. i. integre firme mea gaudia. i. grateſta tuũ mihi. Dicimus enim eleganter gaudeo tuum gaudium pro eo quod eſt gaudeo q; gaudes. Ge. ad Ci. Acceſſit huc quod poſtridie eius abſolutionem theatrũ curionis hortenſius introyt: puto vt ſuum gaudium gauderemus. i. vt gauderemus q; ipſe gaudebat.

Pamphilus ec. In hoc actu mira arte que reſtant de comedia breuiter explicantur et deſignanꝛ duorum ſociorum bine nuptie. Dauus. vbinam hic pamphilus eſt. Pam. daue. Da. quiſnam. i. quis homo eſt qui me vocat. ſ. pamphilus. Ego ſum. Da. o pãphile. Pã. neſcis q̃d obtigerit. i. acciderit mihi. Da. certe: id eſt profecto neſcio quid tibi contigerit ſcilicet. ſed ſcio quid obtigerit mihi. Pamph. Et quidẽ id eſt etiam ego ſcio. Da. Euenit more ho. in abundaꝛ hominum dicit Dona. quaſi dicat euenit vt ſolet euenire et tu

hec diſcebat ludo,ex aduorſũ ei loco tõſtrina erat q̃dã:hic ſolebam⁹ fere plerũq; eã operiri,dũ ĩde iret domũ.Interea dũ ſedem⁹ illic,interuenit adoleſcẽs q̃dã lachrumãs:Nos mirarier:rogam⁹ q̃d ſit:Nũq̃ eque (inquit)ac modo paupertas mihi on⁹ viſum eſt et miſerũ,⁊ graue.modo quandã vidi virginẽ huic vicinie: miſeram,ſuam matrem lamẽtari mortuã.Ea ſita erat ex aduorſo:Neq; illi bene volens,neq; notus,neq; cognatus,extra vnã aniculam,quiſq̃ aderat,qui adiutaret fun⁹: miſeritũ eſt.virgo ipſa facie egregia:Quid verbis opus eſt?commorat oẽs nos:ibi continuo ãtipho,voltis ne eamus viſere?alius,cenſeo,eamus:duc nos ſodes:Imus,venimus, videm⁹:virgo pulchra:⁊ quo magis diceres,nihil aderat adiumẽti ad pulchritudinem:capillus paſſus nudus pes,Ipſa horrida:lachrime,veſtitus turpis,vt ni vis boni ipſa ineſſet forma,hec formam extinguerẽt.Ille,qui illam amabat fidicinam,tantũmõ ſatis inq̃t ſcita eſt:noſter vero?Da. iam ſcio:amare cepit.Ge.ſcin quã?quo euadat,vide: Poſtridie ad anum recta pergit:obſecrat,vt ſibi ei⁹ faciat copiã.Illa enim ſe negat:neq; eum equũ ait fas

diſcebat quedam tonſtrina.i.officina tõſoria erat ex aduerſo.i.ex oppoſito ⁊ loco exercitij.ſ.⁊ ludo hoc eſt erat e regione ſiue in conſpectu illius loci in quo diſcebat:hic in ea tonſtrina fere.i.vt plurimum plerunq;.i.ſepenumero:ſed alterum abundat.nam hic fere ⁊ plerunq; idem pene declarãt plerũq; ergo ſolebamus operiri.i.expectare eã.puellã illic dũ.i.quouſq; ipſa puella rediret inde.i.ex ludo domum.i.in domum lenonis. cuius erat.interea dum.i.q̃diu ſedem⁹ illi pro illic quidam adoleſcẽs lachrymãs interuenit nos mirarier.i.mirabamur.vel cepim⁹ ſupple mirarier p mirari.per paragogen.rogamus.i.petim⁹ quid ſit propter q̃d lachrymetur ipſe adoleſcens inquit nunq̃ paupertas viſum eſt mihi eque.i.ita onus ac.i.ſicut nunc.⁊ bene dixit paupertas viſum eſt onus:q̃uis ⁊ paupertas viſa eſt onus dici poſſet ſed magis eſt vt cõſequenti cõgruat q̃ anteced ẽti ſubſtantiuo.Nunq̃ ergo paupertas viſum eſt mihi onus miſerum.i.multa miſeriis repletum et infelicitate.⁊ graue.i.moleſtum modo.i.paulo ante vidi huic vicinie.i.i hac vicinia. naȝ vicinia cõplectitur hoĩes inter ſe vicinos ac ppinquos vicinitas vero eſt domorũ ppinq̃tas.Do. vult huic vicinie in hoc loco eſſe aduerbium oſtendens locum vbi eam viderit.Uidi ergo modo huic vicinie quandam virginem miſeram lamentari.i.voce querula ⁊ triſti deflere ⁊ lugere ſuam matrem mortuam.ea virgo erat ſita.i.collocata appoſita ſtans ſituata ex aduerſo.i.e regione matris mortue:ſiue ex oppoſito ad locum vbi iacebat mortua mater eius.vbi ex aduerſo eſt aduerbiũ loci quẽadmodũ e regione ex oppoſito ediuerſo:ẽcõtrario neq; quiſq̃.i. aliquis beneuolens.i.beneuolus ⁊ amicus acquiſitus neq; notus quiſq̃ ideſt quiſq̃ de ſua notitia:neq; cognatus i.aliquis de cognatione ſua aderat.i.ad auxilium eius erat ad celebrandũ funus matris:⁊ ideo ſubdit.non aderat ergo quiſq̃ qui adiuuaret funus id eſt auxiliaretur ei ad celebrandum funus id eſt ipſum officiũ exequiarum extra vnã aniculam.i.preter vnam vetulam miſertum eſt.i.miſertus ſum eius puelle.vt ait Do.eſt tamẽ miſertũ preteritũ ab impersonali miſerebat.ſicut a tedet tedebat pertęſum eſt.Cuius aũt ſtructura talis eſt.me ſup.miſertum eſt eius.i.ſicut me pudet tui.Uirgo ipſa erat ſup.facie.i.factura forma egregia.i.illuſtri eleganti pulchra.i.habebat pulchram faciem.quid opus eſt verbis.i.quare diu immorarer in eius narranda pulchritudine:ſic ait Teren.vbi ad effectum pperat ipſa virgo ſua facie cõmorat.i.cõmouerat incitauerat ad amorẽ ⁊ cõcupiſcentiam nos oẽs qui eã videbamus.vbi.i.tunc continuo.i.illico.antipho inq̃t.ſ.ne.i.vtrũ vultis q̃ ſup.eamus viſere.i.aduiſendum eam.Eſt aũt ſtructura antiqua ⁊ greca.vt Uerg.populare penates venimus.Alius puta phedria vel quilibet inquit cenſeo.i.iudico nobis eſſe eundum ad eam comus dicit forſitã alũs textus.deinde ſodes quaſi ſi audes verbũ comicum duc nos ⁊ hoc dicit illi qui attulerat tale nuntiũ de virgine.Imus.i.ingredimur viam procedimus.venimus.i.applicamus ad locũ ad quẽ tendebamus videmus aſpicimus virginem.virgo erat ſup.pulchra:⁊ quo.i.vt magis diceres.i.crederes eã eſſe pulchrã:nihil adiumẽti.i.auxilij aderat.i.auxilio erat ad pulchritudinẽ v rginis capillus eius erat ſup.paſſus.i.temere diſperſus ſolut⁹ ſparſus p collũ:⁊ ponitur ſingulare p plurali.i.capilli eius erãt paſſi.a pando dis.pes eius erat nudus ſine calceis.i.pedes ei⁹ erãt nudi ipſa virgo erat horrida.i.ſqualida pre dolore ⁊ inculta lachryme erãt in eius facie q̃ eam deturpabant turpis veſtitus.i.habitus ſordidus ⁊ pãnoſus erat ei vt.i.ita q̃ ni.i.niſi vis.i.vehemẽtia ⁊ natura boni illius naturalis:pulchritudo eĩm eſt bonũ naturale.i.a natura datum ineſſet in ipſa forma.i.pulchritudine dicimus ineſt huic rei e in hac re.hec pdicta ſolutio crinis nuditas pedũ lachryme veſtis turpis extinguerẽt.i.ſuffocarẽt formã:e dñ extinguerent.nã veteres dixerũt formã.i.pulchritudinẽ eſſe ignẽ ſeu calorẽ quẽdã.⁊ quaſi feruorẽ q̃ ex ea ⁊ tanq̃ ex ignis feruore incenderent iuuenes ad amorẽ.Et ideo dixerũt fornaces forcipes formaȝ e formoſos ex q̃bus ignis amoris exoritur:ergo extinguerẽt formã que ab igne ⁊ calore dicta eſt.Nã formus na.num:ſignificat calidus da.dũ.vñ forceps vt ait Seruⁱ⁹ q̃ eo inſtrumẽto ea q̃ ſunt forma.i.calida capiunt.Ille phedria qui amabat illã fidicinã quã prius dixit citharistriã:pptera indifferẽter vti poſſumus fidicina ⁊ citharistria.Ille inquam inquit.i.dixit tantũmodo ſatis ſcita eſt.i.ſatis bella vt ait Donatus:hoc eſt ſatis bone forme ⁊ faciei vbi magna eſt laus formã illam placuiſſe ipſi qui aliam amabat:non tamen exarſit in amorem eius:ſȝ tantummodo eam laudauit vero.i.ſed noſter Antipho cepit ſupple amare:ſed intercepit ſermonem dauus inquiens.Dau⁹.iam ſcio id eſt intelligo vcȝ cepit amare.Geta.ſcin.i.d eſt ſcis ne quam ceperit amare.⁊ eſt apoſiopeſis qua aliquando ſuccurrit quoties verba rebus minora ſunt.interdum illa vtit Terẽtius in narrationibus compendij gr̃a:vide.i.intellige attende

Primus actus

cere: illam ciuem eſſe atticam bonam, bonis progna-
tam. Si vxorē velit, lege id licere facere: Sin aliter, ne
gat. noſter quid ageret, neſcire: Et illam ducere cupie
bat, ⁊ metuebat abſentem patrem. Da. nū, ſi rediſſet
pater, ei veniam daret? Geta. ille ne indotatā virginē
atq͡ ignobilem daret illi? nunq̄ faceret. Dau. quid fit
deniq͡? Geta. q̄d fiat? eſt paraſitus quidā phormio,
homo confidens: qui (illū dij oēs perdāt) Da. q̄d is
fecit? Geta. hoc cōſiliū, qđ dicā, dedit: Lex ē, vt orbe, q̄
ſunt genere proximi, ijs nubant, ⁊ illos ducere eadem
hec lex iubet. Ego te cognatū dicā, ⁊ tibi ſcribā dicā:
paternum amicū me aſſimulabo virginis: ad iudices
veniemus: q̄ fuerit pater, que mater, que cognata tibi
ſit, omnia hec confingam: Quod erit mihi bonū, atq͡
commodum. cum tu horum nihil refelles: vincā ſcili-
cet, pater aderit: mihi parate lites: q̄d mea? illa q̄dem
noſtra erit. Dauus. iocularem audaciā. Geta. perſua-
ſit homini: factum eſt: ventum eſt: vincimur: duxit. Da-
uus. Quid narras? Geta. hoc quod audis. Dauus. O
geta, quid te futurum eſt? Geta. Neſcio hercle: vnum
hoc ſcio: quod fors feret, feremus equo animo. Dau⁹.
placet: hem iſthuc viri eſt officium. Geta. In me omnis
ſpes eſt mihi. Dauus. Laudo. Geta. Ad precatorem
abeam credo, qui mihi ſic oret: Nunc amitte queſo
hunc: Ceterum poſthac ſi quicquam, nihil precor.
tantummodo non addat: vbi ego hinc abiero, vel occi

qđ euadat. i. quo perueniat id qđ incepi: nā euadere eſt per obſtācula venire. poſtridie. i. die ſequēti ipſe antipho pergit recta intelligitur via: ſed nō eſt apponēdū: hoc eſt recte iuit ad eū non declinando alioſum obſecrat. i. inſtanter rogat eum illam vt faciat ſibi copiā eius virginis. i. vt poſſet ea potiri ad voluntatē illa auus negat ſe facturam copiā eius virginis ne. ꝫ. i. ⁊ ait eū antiphonē nō facere equū. i. rem iuſtā qđ. ſ. peteret ſibi fieri copiam eius: ait inq͡ illam virginē eſſe ciuem atticā bonā. i. non vilem: q͡ boni nō viles ſunt: vnde ſuperlatiuus gradus optimates facit: ex bonus melior optimus fit optimas optimatis. a ſuperlatiuo: ⁊ ait inq͡ eam eſſe prognatam. i. profectam bonis. i. a bonis maioribus ⁊ nō cōtemptibilib⁹: ait inq͡ ſi antipho velit vxorē lege. i. ſecundū leges ⁊ ſecūdū legitimas nuptias. vel iunge lege cum ſequentibus ſi velit vxorem ait licere lege. i. per legē facere id q̄d petit. i. copiā virginis. Sin. i. ſed ſi aliter velit copiā fieri ſibi virginis negat ſup. facturam noſter antipho neſcire. i. neſciebat q̄d ageret. i. agere deberet: ⁊ cupiebat ducere illam. i. capere vxorē ⁊ metuebat patrē. abſentem. Metuimus eos qui nos amāt: timemus inimicos. Da. nū. i. nunq̄d ſi pater rediſſet. i. cū pr̄ reuerſus eſſet daret ei ſibi veniā ſi eam in abſentia duxiſſet. ge. petit vtrū ille per emphaſim euarus vir ⁊ nobilis daret virginē indotatā. i. dote carentē atq͡ ignobilē illi filio ſuo ⁊ q̄n daret dixit vt oſtēderet nihil eſſe poteſtatis in filio. Deinde ſubdit reſpōſionem nunq͡ faceret i. nunq͡ illi daret talē ꝯiugis virginem. Da. deniq͡ i. deinde vel ad poſtremū q̄d fiet de hac re ſic incepta. Ge rogas ſup. quid fiet. eſt quidā paraſitus. i. vir iocularis querens implere ventrē ſuis iocis ⁊ adulationibus: eſt ergo paraſitus nomine phormio exiſtens homo cōfidens. i. improbus audax ac temerari⁹ qui. i. vtinā ꝫ omneo dij perdāt i. deſtruant illum vel q̄ ſit pronomē et ſit apoſiopeſis ſuper qui ſic: eſt hō cōfidēs qui dedit. ſup. tale conſiliū qđ ſum dicturus ſed cōſideratione improbitatis eius geta confuſus prorupit i eam vocem: dij omnes illū perdant ⁊ qui relicta ſuſpē ſum. Da. q̄d is paraſit⁹ fecit. geta. ipſe dedit hoc cōſiliū qđ dicā ⁊ hoc dicto explicat qđ omiſerat. tale eſt cōſiliū lex eſt. i. ius atticū vt virgines orbe i. pupille parentibus priuate: nam orb⁹ dicitur q̄ aliqua re chara priuatus eſt. Interdum ⁊ pro orphano capitur: ait Laurētius orbe ergo. i. orphane nubant. i. nuptui tradant ijs. qui ſint proximi genere. i. cognatione: ⁊ hec eadē lex attica iubet i. precipit ⁊ cogit illos proximos ducere. i. in vxores capere illas orbas ſibi cognatas illa ergo ꝑmittit vt orbe cognatis nubant ⁊ illa eadē iubet ⁊ precipit cognatos eas ducere. ego inquit paraſitus dicam te cognatum virginis ⁊ ſcribam tibi dicam. i. denuntiationem ſiue admonitionem ⁊ quaſi citationem ne dici poſſet tibi non eſſe denunciatum te cognatum eius eſſe. Eſt autem hec dica dice nomen ſignificans chartam in qua continetur denuntiatio facta alicui ſeu admonitio et quaſi citatio et vt quidam volunt capi poteſt pro ſyngrapha in qua continetur ſumma debiti et nomen debentis. Aſſimulabo. i. fingam me eſſe amicum paternum virginis. i. me eſſe amicum patris virginis veniemus ad iudices. i. in conſpectu iudicum confingam id eſt comminiſcar hec omnia mendacia videlicet cum confingā cum qui fuerit pater virginis: ⁊ cōfingam eam que fuerit mater virginis: ⁊ confingam etiam qui. i. quomodo qua ratione ipſa virgo ſit tibi cognata: qđ id eſt confingere hec atq͡ mentiri erit mihi bonum ⁊ commodum. i. qđ veteres dicebant fauſtum ⁊ felix cū aliquid erant aggreſſuri. commodum etiam poteſt capi pro opportuno ⁊ tēpeſtiuo. q. d. mihi erit opportunum ⁊ tēpeſtiuum hoc facere cū tu nihil horum que cōfingam refelles. i. refutabis redargues. nam refellere eſt falſitatem redarguere. ſcꝫ. i. certe vincā. i. efficiā propoſitum pater. ſ. demipho aderit. i. adueniet. lites ſunt parate mihi. i. contētiones forenſes ſeu actiones cauſarum ⁊ controuerſie ſunt parate mihi: nam pater litigabit aduerſum me: ſed id nihil facio dummodo nihil horum refellas quid mea intereſt ſupple ſeu refert. i. quid curo ſi mihi lites parentur quidē. i. certe illa virgo erit noſtra nam in iudicio vincemus ne dubites. Dauus. audio ſupple ex te vel dicis audaciam iocularem. i. que ex ludo et ioco in periculum venit vel audaciam viri ioculatoris ⁊ nebulonis. Geta. ipſe paraſitus perſuaſit homini. ſcilicet antiphoni ita eſſe faciendum ⁊ recte fieri poſſe. factum eſt. i. denuntiatio facta eſt antiphoni: dixit paraſitus q̄ fuiſſet pater que mater quomodo fuerit cognata ⁊c. ventum eſt ad iudices. ſcꝫ vincimur. i. ſuperamur in cauſa ⁊ a cauſa noſtra cadimus. ⁊ ideo antipho duxit eam in vxorem. Dau. quid narras miratur nā interrogat tanquam credere nō poſſit. Ge. narro. i. dico commemoro hoc qđ audis: Da. o geta quid eſt futurum de te. i. quid tibi cōtinget aut quid futurū eſt tibi: aut quid de te fiet. timet Dauus plurimū gete cuius futurū cernit periculum. Ge. hercle neſcio quid de me ſit futurū. Scio hoc vnum vꝫ feremus. i. portabimus patienter equo animo. i. non decidentes in triſtitiam q̄d. i. omne qđ fors. i. fortuna feret. i. afferet. Da. placet mihi dictū tuum hem interiectio dolentis infortuniū gete. iſtud eſt officium viri. i. id facere dꝫ vir fortis vt. ſ. equo aīo ferat que acciderint. Ge. omnis ſpes eſt mihi in me. i. in mea ſolertia ſeu in meo conſilio aut vt ſtrenue defendam aut vt fugiā aut patiēs ſim plagarum. Da. laudo qđ in te ſpē ſolū reponis. nec ab aliis expectas qđ per te agere potes. Ge. abeā. i. abibo: diſcedā ad precatorem. i. ad interceſſorem q̄ vt ſup. credo oret mihi. i. pro me. ſic. i. hec verba que ſequunt: ⁊ eſt mimeſis: nūc queſo

omitte pro dimitte hunc ſeruū getam: vbi em̄ nos dicimus dimitte antiqui dicebant omitte: vt Dona. teſtat᷑. Ceterū. i. ſed ſi quicq̄ admittat ſup. ſceleris etiā minimi poſthac nihil. i. nequaquā: precor. i. peto vt ignoſcas illi ſeḃo. Deinde repete q̄ ſit qui inq̄ precator nō addat. i. nō adhibeat in precatione ſua mūiō. i. dataratiū qđ ſequit᷑: vel ſi quicq̄ admiſerit poſthac vbi. i. poſtq̄ abiero te hic. i. abs te diſceſſero vt. i. etiā nō mō cedito: ſz etiā occidito ſi velis vbi oſtēdit nulū precatorē poſtulare veniā ſeruo ex alio: ſed tm̄ vt ſeruo meī ē gerat. Da. quid interrogādi mo

dito. Da. Quid ille pedagogus, qui citbariſtriam? q̄d rei gerit? Get. ſic tenuiter. Da. nō multū hz qđ det fortaſſe. Geta. imo nihil niſi ſpem merā. Da. pater ei⁹ rediit, an non? Geta. nondum. Da. quid? ſenem quoad expectatis veſtrum? Ge. nō certum ſcio: ſed epiſtolā ab eo allatam eſſe audiui mō, ⁊ ad portitores eſſe delatā: hāc petā. Da. nūq̄d geta aliud me vis? Ge. vt bñ ſit tibi. puer heus: ne mō huc pdit? cape, da hoc dorcio.

dus triꝰ apđ poetas vt oratores. Ille pedagogus. ſ. phedria quem dicit pedagogū eo qđ vt prius dixit ſectatur puellam quā ducit in ludū muſice ⁊ reducit neq̄ diſcedit ab eiꝰ cuſtodia: ſō eius pedagogus eſſe videt. Ille ergo pedagogus q̄ ſectatur ſup. vel amat citharıſtria. i. tibicinā puellā q̄d rei. i. quā rē gerit. i. facit. Geta gerit ſe ſup. tenuiter. i. exiliter modice parce: ſic id eſt hoc modo vt oſtēdebat geſtu ſuo. Dauus. fortaſſe ipſe Phedria non habet multū. i. abūdātē rē familiarem qđ det p citharıſtria emēda a lenone. Get. imo. i. ſed nihil habet niſi merā ſpem i. ſolam expectationem: vt ea aliq̄n potiatur. Nā merus ra. rum dr ſolus ſola ſolū. Inde merula auis quedā ſolitaria. Inde merū vinū ſolū id eſt ſine aqua. Dauꝰ. pater eiꝰ phedrie. ſ. Chremes rediit an non. Geta. nondum. i. nō adhuc rediit. Da. Quid interrogādi modus eptus mutationi faciende de re vna in aliam quoad. i. quouſq̄ vel quādiu expectatis veſtrum ſenē. ſ. demiphonē. Ge. non ſcio certo. i. non ſcio p certo vel p vero vt aiunt: ſed audiui epiſtolam eſſe allatā ab afferor eſſerris ab eo demiphone: mō. i. pauloante: ⁊ audiui mō eſſe delatam ad portitores. i. ad cuſtodes portuum: q̄ portum obſidētes: ſeu in portu exiſtens ola ſcitcitantur ne forte aut pecunie e regno exportant᷑: aut litere noxie ad inimicos deferantur quibus ſuper re reliqua admoneant᷑ ſunt etiā portitores qui traducūt hoīes aquas et vehūt nauigio ſeu qui conducunt vectigalia ſeu fructus pecuniarios portꝰ ⁊ illos a tranſeūtibus exigūt. Inde portitoriū dr vectigal portus ſiue merces que datur traiectorib⁹ q̄ portitores dn̄r Petam a portitoribus hanc epiſtolam. Dauus Nunquid. i. vtrum o Geta vis ne aliquid aliud. eleganter volo cū duobus accuſatiuis ponitur in tali genere dicendi. quid me vult ille ſic etiam vis me aliqđ aliud. i. vis tu mihi dicere vel me facere p te aliquid aliud ab eo qđ tibi feci pecunias debitas tibi afferendo Get. volo ſup. tm̄ vt bñ ſit tibi. i. bene tibi cōtingat: ⁊ eſt carientiſmos: nā honeſtius id reſpōdit q̄ ſi dixiſſet nihil te volo. his dictis diſceſſit Dauus: geta autē aliquē ſeruū vocat q̄ capiat pecunias receptas quas det ancille. Heus aduerbiū vocādi. o puer. i. o ſerue. Get. em̄ quis ſeruus eſſet precrat tn̄ aliq̄s ſeruis minoribus. Deinde cum neminem videret venientē ſubdit nemon. i. verū nemo prodit. i. exit: emergit: accedit: prorūpit huc ad me quo dicto venit ſeruus cui dixit cape has pecunias. Da. i. trade hoc. i. hoc argentum dorcio. ſ. illi mulieri ancille forſitan: nam dorcium dorcij dicitur ſicut glycerium. eſt enim dorcium ſeminenomen.

Actus primi Scena tertia.

Antipho Phedria adoleſcens.

Hic comparatio vite antiphonis atq̄ phedrie continetur inter ſe cotendentium vter eorū magis ſit miſer. Simulq̄ illorum oſtenditur cōditio quod immodice concupiuerūt: vbi adepti fuerint faſtidium exemplo Scena ⁊ vſu communi nata.

Adeon rē rediiſſe, vt q̄ mihi cōſultū optume velit eſſe phedria, patrē vt extimeſcā, obi in mentem eius aduenti venit? quod ni fuiſſē icogitās, ita eū expectarē, vt par

Aſcenſius.

Illud memini reliqui deo irato meo. Tametſi Do. dubitet an dño an vero deo dicat, ego veriſimilius puto vt de ipſo vero deo intelligas. Nā nihil cōſtat aut herū aut filiū herilē ſucceſuiſſe dū ille abiret ſuoſno. Neq̄ potuit dicere de eo quē iratū iri autumat qđ illo irato relictus ſit. Ceterū autē quotiēs pſpere q̄cq̄ euenerat aut acceperant diis auſpicibus id eueniſſe arbitrabantur: vñ illud in. iiii. enei. Diis equidē auſpicibus id reor. ⁊ Iunone ſcđa hunc vēto iliacas curſū tenuiſſe carinas Contra qñ mali quicq̄ obuenerat deo irato id factū credebant. vnde in ſcđo enei. Sed nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis. Sic ēt hora. in ſecundo ſermone de pariete quem fruſtra ⁊ incaſſum conſtruxerat dicit immeritusq̄ laborat Iratis natus paries diis aut poetis. Pari modo quia Geta ad malum ſuū relictus erat cuſtos dicit ſe relictū eſſe deo irato ſuo. q. d. genio ſuo ⁊ deo quem peculiarem naſcendo ſortiebatur. Memini aūt non accipitur pro eo quod eſt intelleri ſed memori ⁊ dolenti mente recogito. Iuxta illud Ciceronianū: cui placet obliuiſcitur. Cui dolet meminit. Et illud virgilianum in ſexto. Ac nimium meminiſſe neceſſe eſt. Expone ergo ſic. Memini. i. cum merore reminiſcor me relinqui: id eſt quod relinquor hic deo meo irato: id eſt ad malū: ⁊ incommodum meum: quale ſolet euenire deo irato. Item illud prouerbium. Inſcitia eſt aduerſum ſtimulum calces: licet Donatus etiam per eclypſim dictum velit: vt dictio calces ſit nomē malim ſine eclypſi (quia dura eſſet) accipias vt ſit verbum a calco calcas. vt ſit inſcitia eſt calces: id eſt quod aliquis calcet. Uel ſi tu calces: id eſt recalcitres aduerſum ſtimulum. Et illud quod paulopoſt ſequitur. Cepit is omnia facere. Textus omnes habent facere. Cōmentū vero Guidonis habet facete. Preterea illud commemorat omnes nos. Non intelliges commores ad concupiſcentiam puelle, ſed ad commiſerationem. Nam paulo poſt ſequitur in textu ſolum Antiphonem eam amaſſe ⁊ concupiuiſſe

Adeon rem ⁊c. In hac ſcena eſt cōparatio inter Antiphonis vitam ⁊ phedrie: contēdunt em̄ vter magis miſer ſit Simulq̄ oſtēdit᷑ color vite eorum: qui q̄cq̄d immodice concupiuerāt ſpernunt poſtquam illud euenerit: Ant. adeon. i. adeo ne hoc eſt eſt ne verū rem adeo rediiſſe. i. ad eum ſtatū perueniſſe vel adeo rediiſſe. i. rem tam peſſime accidiſſe. nam res rediiſſe dicit᷑ cum aliquid peius expectatiōe contigerit. vt o Phedria extimeſcam. i. timeam patrem qui velit cōſultum eſſe. i. prouiſum eſſe p impersonale. i. qui velit vt conſulatur. i. proſpiciatur ſeu puideatur optime mihi vt ergo extimeſcā cū vbi. i. qñ. venit mihi in mentem aduenti. i. aduentus eius patris. i. quando conſidero ſeu mēte voluo patris aduētum vbi eſt aduertendū veteres poſuiſſe venire in mentem: non tantū cauſa recordationis: ſed etiam recogitationis ſeu cōſiderationis. Inſuper. dicimus recte hec res venit in mentem: ⁊ huius rei venit mihi in mentem in qua

fuit. Phe. quid iſthuc eſt? Anti. rogitas? qui tā audacis facinoris mihi conſcius ſis? Quod vtinā ne phormioni id ſuadere in mentē incidiſſet, Neu me cupidū eo cōpuliſſet, quod mihi principiū eſt mali. nō potiꝰ eſſem: fuiſſet tū illos mihi egre aliquot dies: at non quotidiana cura hec ageret animum. Phedr. audio. Antipho. Duz expecto quā mox veniat, quid adimat hanc mihi cōſuetudinē. Phedria. aliis quia deſit, qd amāt, egre eſt tibi, quia ſupereſt, dolet. amore abūdas antipho. Nam tua quidem hercle certe vita hec expetenda optandaqꝫ eſt: Ita me dij bene amēt: vt mihi liceat tandiu qd amo, frui. Jam depaciſci mortē cupio: tu conijcito cetera, quid ego ex hac inopia nūc capiā, ꝛ quid tu ex iſta copia, vt ne addā, quod ſine ſumptu ingenuam, ac liberalez nactus es: quod habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama: palā beatus: ni vnū hoc deſit animꝰ qui modeſte iſthec ferat. quod ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tum ſentias. Jta pleriqꝫ ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet penitet. Ant. Aut tu mihi cōtra nunc videre fortunatus phedria, cui de integro eſt poteſtas etiā conſulendi, quid velis retinere, amare, amittere: ego in eum infelix incidi locuz, vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Sed quid hoc eſt? vid eon ego getam currentē aduenire huc? eſt is ipſus: Hei timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nuntiet.

ſtructura intelligitur hic nominatiuus recordatio vt recordatio huius rei venit mihi in mentem. preterea poete interdū vtunẜ genitiuis ſcōe inflexōis ꝑ genitiuis quarte: vt tumulti ꝑ tumultꝰ: ſenati ꝑ ſenatꝰ ꝛ hic aduēti pro aduentus et alibi ornati pro ornatus: quod ꝑ ſed ni. i. ſi non fuiſſem incogitans. i. temerarius inconſiderās expectarē. i. operirer al's ſpectarē cū patrē vt. i. ſicut par fuit. i. decuit eū expectare. Phe. qd iſtud eſt? ſtomachoſe hoc interrogat ꝛ per contemptū. q. d. eum pre ſe eſſe palam beatū. Anti. rogitas quid ſit qui ſis conſcius mihi. i. mihi particeps facinoris: id eſt facti tam audacis. i. tā temere cōmiſſi hoc eſt qui mecum ſcias vel ſcias quemadmodū ego facinꝰ admiſerim taz audax: vt videlicet vxorem duxerim mea libidine abſentia patris. quod. i. ſed vtinam ne. i. non incidiſſet in mentem phormioni. vtinam phormio non cogitaſſet ſeu intellectū habuiſſet aut animum ſuadere. i. conſulere id quod ſuaſit per cuius cōſiliū ita duxi vxorem. Neu: id eſt ꝛ vtinā phormio nō impuliſſet. i. intruſiſſet me cupidū. i. amatorem eo. i. vado ad id faciēdum. ſ. ad ducēdam vxorem quod eſt mihi principium. i. caput initiū mali mei. i. mee infelicitatis: nam ſi me nō impuliſſet non eſſem potitus amata ſcz. i. nō eſſem aſſecutus rem amatam: ſed non fuiſſem voti ac rei optate cōpos. Uel intellige hoc mō ſi non eſſem potius re cupita: tum. i. tūc illud. ſcilicet non potiri: fuiſſet mihi egre. i. fuiſſet mihi graue moleſtū ac toleratu dificile: vel illud egre mihi fuiſſet. i. moleſte ac difficulter mihi accidiſſet: et qd barbare dici ſolet: tūc feciſſet mihi magnum malum ſi nō eſſem potitus: fuiſſet ergo mihi egre ꝑ aliquot dies. at pro ſaltē. i. ꝗuis fuiſſet mihi graue per dies aliquot: tamē ſaltem hec cura. i. hec ſolicitudo quotidiana. i. qua quotidie cōficior nō angeret. i. affligeret anguſtaret animum meum, dum. i. ꝗdiu expecto: ꝗ mox. i. ꝗcito. i. quātū cōtinuo pater veniat qui adimat. i. auferat eripiat mihi hanc conſuetudinem. i. hanc conuerſationē ꝛ tam vſum frequentem quem cū ea habui: nam conſuetudo interdum ſignificat cōuerſationē tā bonaz ꝗ malā: interdū eñi deſignat libidinis cōmerciū. Phe. audio per ironiam dicit. q. d. nihil dicis: ſz hoc verbū debebat interſeri ante illud dū excepto quod nolui facere interrūperē ſtructurā ꝑpetuā ſeu cōtinuā. Deide ſubdit hic phedria egre eſt. i graue eſt difficile ac moleſtum eſt aliis amātibus a te: qꝛ id quod amant deſit. i. deficit. Uerg. Lac mihi nō eſtate nouū nec frigore deſit. ꝑ deeſt ſeu deficit: dolet tibi. i. eſt tibi dolori vel id ſup. qd ſequiẜ dolet tibi. i. affert tibi dolorē. vcz qꝛ id ſup. qd amat ſupereſt. i. abundat. affluit tibi ꝛ quidē vſqꝫ ad ſuperfluitatem. Nam interdū ſupeſſe eſt ſuperabūdare ac ſuꝑfluū eſſe: vt refert Gel. ex Uar. ſnls. O antipho abūdas. i. expleris ſatiaris amore. vel in amore affluis re amata ac ꝓpterea voluptatibꝰ expletus in hec verba ꝓrūpis. quēadmodū cuz ſtomacho homini negligēti cibū dicere ſolemus nimis es ingurgitatꝰ, aut es nimiū pleno vētre: aut es nimis repletus ꝛc. Nam hercle iurantis eſt quidem explet ſomniū certe affirmat. hec vita tua. i. fortuna tibi vinenti cōceſſa eſt expectanda tanquam bona: quia in legitimo matrimonio ꝛ optanda tanquam ſuauis ac iucunda ac delectationibus non vacua. Uita interdū viuendi mores ſignificat ſiue modos interdum animam, quandoqꝫ alimentum aliquando ſpatium viuendi ꝛ deniqꝫ fortunam viuentibus accidentem: vt hic. Dij ament me, ita bene modus eſt iurandi. vt ſupp. cupio iam depaciſci. i. pactione tranſigere ſeu ſubire mortem vt mihi liceat frui eo ſup. quod amo i. re amata tandiu. i. vel tantum diu quantum tu ſeu tanto tempore quanto tu: aut tandiu. i. tantillo tempore. q. d. etiā paruo tempore qd quidem ſolis amatoribus videtur eſſe credendum. Propterea prius iurauit ꝗ id affirmaret. Tu antipho conijcito. i. coniectura colligito cetera. i. reliqua que ſubdit vcz qd ego capiā ex hac inopia. i. ex carentia rei optate: puta cōijcito me capere infortunium ꝛ moleſtiam dolorem eximium: ꝛ cōijcito inqꝫ quid tu capis ſup. ex iſta copia. i. ex iſta facultate ꝛ pñtia ſeu affluētia rei optate: vt ne: i. vt nō addā. i. adiungā: eſt aūt occupatio: negat eñi ſe aditurū qd addit, vt inqꝫ nō addaz hec. ſ. qd nactus es. i. inueniſti ſine magno labore ꝛ vt ait ſine ſumptu ſine magna mercede aut impēſa virginē ingenuā. i. liberis parētibꝰ ortā liberalē quo ad mores. i. bonam honeſtā. nam liberalis bonus eſt: cum liberalitas ſit pars iuſtitie a qua bonus denominatur: vt nō addā inqꝫ quod habes palam. i. manifeſte ꝛ ex ſententia iudicum vxorem ſine mala fama. i. ſine malo nomine ꝛ ſine vlla ignominie nota. ita vt voluiſti. i. ſecundum votum tuū: beatus. i. felix es ſup. cum quo palam iungi poteſt ſic. tu es palā. i. manifeſte felix. i. clarum eſt ſeu manifeſtū ꝛ certū eſt quod tu es beatꝰ niſi hoc vnum. i. hec ſolū deſit vcz qui animus qui ferat. i. toleret ſuſtineat modeſte. i. moderate ꝛ cū mō iſthec. i. iſta cōmoda que tibi cōtigerunt qd. i. ſz ſi res ſit tibi cū lenone. i. ſi habeas negotiū ꝛ quod barbari dicunt ad faciendū cū lenone puellaꝝ venditore: ꝗ cū. i. cum quo eſt mihi res. i. cum quo habeo negotium ꝛ vt dicunt ad faciendum tum. i. tūc ſentias ꝛ percipias quātā ſ. moleſtie illi cui cū talibꝰ eſt negotiū. Pleriqꝫ oēs ſumus ingenio. i. habemus talē naturā ꝛ quod dicūt talem conditionem: ac ſumꝰ talis nature vbi pleriqꝫ abundat: ꝛ oēs poniẜ neceſſario vt in andria: qd pleriqꝫ oēs faciūt adoleſcētuli. Oēs ꝗ tali ſumus ingenio vcz noſmet penitet nři. i. noſipſi nřa cōtēnimus: ſeu parū vř nobis tales eſſe ꝗ les ſumus. Nā penitet eū ꝗ parū putat ꝛ cui paꝝ vř: vł ꝗ qui ꝗcqꝫ eſtimat, vult ꝗ dicere vnicuiqꝫ ſuā ſortē diſplice-

re:⁊ alienũ meliorẽ putare iuxta Horatiũ ſniam. Qui fit mecenas vt nemo ꝙ ſibi ſortẽ ſeu rõ dederit ſeu ſors obie cerit illa Cõtẽtus viuat:laudet diuerſa ſequẽtes.⁊ Oui. Fertilior ſeges eſt alien.s ſemp in agris:Uicinũq3 pec⁹ grãdius vber h3. Anti. at.i.ſed o phedria 3.i.ediuerſo videris mihi fortunat⁹.i.felix cui ptãs.i.facultas eſt de in tegro.i.vel deinceps vel mel.us de integris reb⁹ aut integre ⁊ libere etiã cõſultãdi.i.cõſulendi.hoc eſt deliberã di qd velis retinere.i.reſeruare tibi tanq̃ ſelectũ qd velis amare.i.aliq̃ tpe deſiderare qd velis amittere.i.dimit tere a te ei⁹ ſacietate ꝯſecuta Ego infelix incidi i.caſu quod 3 deueni in eũ locũ.i.in eũ ſtatum vt neq3 ſit mihi copia.i.vt nõ habeã facultatẽ neq3 amittende eius qđ amo amore impedietẽneq3 re tinẽdi ei⁹.i.retinẽdi illud qđ amo ꝑpter patrẽ q̃ m.hi mor hãc cõſuetudinẽ eſt adempturus d..n de aiaduertit currentẽ getam ⁊ territ⁹ ait. Sed quid hoc eſt qđ video videon.i.vtrũ video getã currentem aduenire huc ego accurati⁹ viſo ſub dit ipſus eſt pro ipſe eſt geta. Hei interiectio lge miſcẽtis:ego miſer.i.infelix timeo quam rẽ nũc nuntiet.i.afferat denuntiet mihi antiphoni.

Geta. Antipho. Phedria

☞ In hac ſcena gete ſerui currentis officium eſt qui cũ eſſet ex ſenis aduentu perturbatus eo nuntio Antiphonẽ adeo red= dit trepidantem ⁊ meticuloſum vt ante cõſpectum patris:ꝗbus ab Geta confidenter inſtructus comparere minime ſit auſus, Imo propere abſcedit:non rediturus ad rerum cognitionem vſq3 ⁊ fabule conuerſionem. Remanent igitur allocuturi ſenem Geta ⁊ phedria q̃ ſeſe mutuo in illũ inſtruunt:exhortanturq3.

Nullus es geta,niſi aliqđ iam tibi cõſiliũ ce= lere repereris:ita nũc iparatũ ſubito tanta te ĩpẽdent mala:q̃ neq3 vti deuirẽ ſcio:neq3 quõ me īde extraham:Nã nõ põt celari nr̃a diutius iam audacia,que ſi non aſtu ꝓuidentᷣ:me,aut herum peſſundabũt. Anti. q̃dnam ille cõmot⁹ venit? Geta. tum tpis pũctũ mihi ad hãc rẽ eſt:Her⁹ adeſt, Ant. q̃d iſthuc mali ẽ? Ge. qđ cũ audierit,qđ ei⁹ reme dium inueniam iracũdie?loq̃r ne?incẽdam:taceã?iſti gẽ:purgẽ me?laterẽ lauẽ. Eheu me miſerũ:cum mihi paueo,tum antipho me excruciat animi:ei⁹ me miſe= ret:ei nunc timeo:is nũc me retinet:Nã abſq3 eo eẽt, recte ego mihi vidiſſem, et ſenis eſſem vltus iracun= diam:aliquid cõuaſaſſem,atq3 hinc me conijcerẽ pro tin⁹ ĩ pedes. Anti. quã hic fugã:aut furtũ parat? Get. ſed vbi antiphonẽ reperiam?aut qua querere inſiſtã via? Phe. te nõiat. Anti. neſcio qđ magnũ hoc nuntio expecto malum. Phe. Ah.ſanus nẽ es? Get. domũ ire pergam,ibi plurimũ eſt. Phed. reuocem⁹ hoiez. Ant. Sta ilico, Ge. Hem,ſatis pro imperio,q̃ſquis es. An.

h

Nullus es ge ⁊c. In hac ſcena ſerui cur rentis offm̃ eſt tẽdens ad ꝑturbationẽ antiphonis quẽ op3 abeſſe conſpectu patris vſq3 ad rer3 cognitionẽ ⁊ fabule cõuerſionem. Ge. primũ geta hec ſecũ loquitur de ſeipſo. O geta null⁹ es.i.perdit⁹ es ſiue peryſti. Nam nullus ſum ſignificat quaſi nõ ſuz ac pery null⁹ es:ergo niſi reppereris.i.inue neris tibi aliquod cõſiliũ celere.i.velociter inuẽ tum. Declinatᷣq3 hic celer hec celeris hoc celere ita.i.adeo tanta mala.i.infortunia impẽdent ſu= bito te imparatum.i.improuiſum.i.adeo tam ma gna mala pendent in te.i.futura ſunt tibi.vbi im pẽdeo des actõ iungitᷣ quemadmodũ enim dici mus. Multa mala manẽt te.i.futura ſunt tibi:di= cimus multa mala impendent te.i.futura ſunt ti bi ⁊ tibi impendent ſeu imminent:que mala neq3 ſcio:vt.i.qualr̃ deuitẽ.i.euadam caueã arceã.nec ſcio quõ abſtrahã.i.eruã educã extrahã me inde i.ex illis malis ſi ĩ illa incidero. Nã nr̃a audacia i.temeritas de tali cõiugio ſic temere facto non põt iam celari diuti⁹:que mala ſi nõ prouidentᷣ.i. prouide cauentᷣ aſtu.i.aſtute:⁊ tũc eſt aduerbium interdũ eſt nomẽ quarte inflexionis:⁊ tũc ſignifi cat aſtutiã ab aſtu vrbe ĩ qua q̃ verſati ſunt cau tiores efficiuntᷣ:peſſundabũt.i.ſuppeditabũt:op primentme aut herum.i.herilem filiũ vel vt aliȷ̃ habẽt haud herũ.i.nõ peſſundabũt dñm. An q̃d nã.i.cur vel ꝑpter q̃d ille geta venit cõmot⁹.i.ꝑ turbat⁹ cõterrit⁹:geta aũt nõdũ videt iuuenes: ſ3 pergit in ſermone ſuo. Ge. tum.i.deide pũctũ tpis.i.momẽtũ ſeu breuiſſimũ tp̃s eſt mihi hoc ẽ mihi reſtat ad hanc rem.i.ad deliberandũ q̃d mihi in hac re ſit agendũ. Nã herus.i.dñs meus adeſt.i.ꝓpe eſt vel aduenit.nã poſtea ſecum vidiſſe in portu dicit. Anti. Quid illud mali eſt. Get. Quod factũ.ſ.ꝙ vxorẽ duxit Anti= pho:cum ipſe herus adierit quod remedium.i.quã medelam inueniam iracundie eius quaſi iracundia ſit animẽ morbus dixit qđ remedium inueniã:ne.i.vtrũ loquar.i.faciã ne ſermonem cũ eo an tacebo vtrũ incendã.i.incita= bo inflãmabo eius iracundiam:q3 iracũdia ignis eſt vtrũ taceam.i.ſileam vtrum inſtigẽ ab inſtigo as.i. irritẽ vel ſtimulẽ eius iracũdiam:vtrum purgem.i.excuſem me. Deinde hoc nõ placet ſibi ꝙ ſe purget apud eum quid ſuis purgationibus nullũ penit⁹ ſit locũ relictũ⁹:propterea ſubdit lauem laterem.i.operã ꝑdã ſi id fecero:poſſet e forſitã lauẽ laterẽ legi interrogatiue vt cetera ꝓcedẽtia. Eheu iterieccio dolẽtis me miſerũ.i.fateor vel ſentio me infelicem cũ.i.parũ vel multum paueo mihi.i.timeo ne q̃d mali accidat mihi tum.i.multo magis. Anti. excruciat me animi pro animo.i.me curis conficit ⁊ animo me ſauciat atq3 torquet me getã miſeret eius antiphonis.i.miſe= ricordia ducor in eũ:nũc timeo ei.i.metuo ne quid ei ſiniſtri accidat. Is antipho retinet.i.remoratᷣ me q̃ eſſem fu= giturus niſi res ad eum ꝑtineret. Nam recte eẽt.i.bñ res ſe haberet abſq3 eo antiphone.i.ſi ad eũ nõ res ꝑtineret ſed meũ tantũmodo peccatũ eſſet. Ego vidiſſem.i.prouidiſſem:cõſuluiſſem mihi fuga.ſ.⁊ diſceſſu:⁊ vlt⁹ eſſem.i. punuiſſem ſiue vindicaſſem iracũdia ſenis.ſ.dñi mei. Ira de cã eſt:iracundia aũt de moribus ⁊ bñ vltus eſſem nã ſerui fugiẽdo faciũt vt dños peniteat iratos fuiſſe:cõuaſaſſem.i.furto collegiſſem aliq̃d:nã cõuaſare ſignificat oĩa furto colligere vt Nonius inq̃t:tractũ ſeu figuratũ a colligẽdis vaſis:atq3 ꝓtinus.i.illico conijcerẽ me ĩ pedes.i. diſcederẽ.aufugerẽ hinc quaſi celeriter ⁊ cũ impetu exurgerẽ ſup pedes fuge faciẽde gratia. Antipho. quã fugã i.quẽ diſceſſum aut quod furtũ:q3 dixit cõuaſaſſem hic.i.geta parat.i.molitur ⁊ hec dicit antipho phedrie cogna to. Geta. S3 Dona. vult pro ergo accipi vt ſit ſenſus. Ergo vbi querã antiphonẽ aut qua via inſiſtã.i.ꝑſeuerẽ ſiue pergã aut ꝓſequar querere eum.ſ. Phe Geta nõiat te.i.de tuo noĩe loquitᷣ. Antipho ex pecto neſcio quod magnũ malum hoc nuntio.i.vel ab hoc nuntio geta vel hac infelici nuntiatione quam eſt allaturus:hoc eſt neſcio qđ ma gnum malum hunc mihi nunciaturũ arbitror. Phed. q3 phe dria vidit antiphonẽ ita cõmotum ob timorem nunciȷ̃ mali ꝓpterea eũ familiariter carpit inq̃ẽs ꝯdolẽdo ſocio. Ah interiectio dolẽtis ne.i.vtrum ſanus es id eſt es tu compos tui vis nunc deſipere inſanis ne nõ habes aliquid ſapientie quod hic exhibeas. Geta. nondum vi= di iuuenes pergã.i.perſequar contendam:conabor ire domum ſepe dicimus pergo domũ ſed eclypticos eſt ait

geta. Geta. ipſe eſt, quem volui obuiã. Anti. cedo, qđ portas obſecro? atq; id, ſi potes, vbo expedi. Geta. faciam. Antip. eloquere. Get. modo apud portũ. Antip. meum ne? Ge. intellexti. Anti. occidi. Get. hẽ. Antip. quid agam? Phedria. quid ais? Geta. huius patrẽ vidiſſe me, patruum tuũ. Antipho, nã qđ ego huic nũc ſubito exitio remediũ inueniã miſer? Quod ſi eo mee fortune redeunt, phaniũ abs te vt diſtrahar, nulla eſt mihi vita expetenda. Get. ergo iſthec cum ita ſint ãtipho, tãtomagis te aduigilare equom eſt: Fortes fortuna adiuuat. Antip. nõ ſum apud me. Ge. atqui opꝰ eſt nũc cũ maxime vt ſis antipho: nã ſi te ſenſerit timidũ pater eſſe, arbitrabit̃ cõmeruiſſe culpã. Phe. hoc verũ eſt. An. nõ poſſum imutarier. Get. qđ faceres, ſi aliud quid grauius tibi nũc faciundum foret? Antip. cũ hoc nõ poſſum, illud minꝰ poſſem. Get. hoc nihil eſt phedria: ilicet: quid conterimus operã? fruſtra? qn abeã. Phe. et quidẽ ego. Antipho. obſecro, qđ ſi aſſimulabo? Satin eſt? Ge. garris. An. voltum cõtemplamini, hem, ſatin ſic eſt? Ge. nõ. An. quid ſi ſic? Get. ꝓpemodum. An. qđ ſi ſic? Get. ſat eſt: hem iſthuc ſerua, ⁊ verbum verbo, par pari vt reſpõdeas, ne te iratus ſuis ſeuis dictis ꝓtelet. Antipho. Scio. Ge. vi coactũ te eſſe inuitũ. lege, iudicio: tenes? Sed quis hic eſt ſenex, quẽ video in vltima platea? Antipho. ipſus eſt, nõ poſſum adeſſe. Ge. ah qđ agis? quo abis Antipho? mane, mane inquã. Antipho. Egor et me noui, ⁊ peccatũ meũ:

Donatus vt ꝓpero domũ cum planũ ſit pergo ire domũ ⁊ propero ire domũ. Sepius tñ oratores ꝓpero romam aut propero illuc dicunt nõ addendo ire. Pergam itaq; ire domũ vbi. i. in qua domo plurimũ eſt. i. vbi frequenter eſt amorẽ vxoris ſue. alij habent ibi: ⁊ tunc eſt ſenſus: ipſe ãtipho eſt plurimũ ibi. ſ. domi. Phe. reuocemus hominem getam. Antipho. tu geta ſta. i. ceſſa ire ilico: nã ſtare eſt nõ ire. Geta. loqueris ſu. ſatis pro imperio. i. ſatis imperioſe ſeu pro imperio qđ habes: quiſquis es. i. quicunq; ſis nedum animaduertit eſſe antiphonem, Antipho. Geta. vocatiuus eſt. Ge. aſpiciẽs geta vidit eum ⁊ iquit ipſe eſt antipho quem antiphonem volui obuiam mihi fieri ſupple. i. cui volui obuiare: ſed ꝟbo nõ ſepe oratores vtuntur ſed aduerbio potiꝰ obuiã vt te obuiam volebam. i. volebam quod mihi fieres obuius. Antip. obſecro cedo. i. dic quid portas. Ferre ⁊ portare de negotijs maioribus dicũtur atq; expedi. i. explica ꝟbo vno ſup. i. breuibꝰ ſeu paucis quid portes nũtij ſcʒ ſi potes: hoc dicit propter timorem ⁊ dolorẽ impedientẽ. Ge. faciam. i. expediã vno verbo. Anti. eloq̃re. i. expedi eloquẽter quid portes. Ge. vidi patrẽ ſupp. modo. i. pauloante apud portum ad quẽ applicauerat ex mari. An. ne. i. verum vidiſti meũ patrẽ Demiphonem. Get. intellextin. i. nunqđ intellexiſti me dixiſſe patrẽ tuũ aut certe inueniſſe. Antiph. occidi. i. perij. Ge. hem interiectio indignãtis aut dolẽtis. Anti. quid agam. Phe. quid aio geta ſcʒ Get. dico ſup. me vidiſſe patrẽ huiꝰ antiphonis patruum tuum. i. qui eſt tuus auunculus ſed proprie patruum: qz ex parte patris: nã auũculꝰ eſt ex parte matris. Anti. nam quod anaſtrophe pro quodnam. i. quod remedium ego miſer inueniã huic exitio. i. huic perniciei: huic peſti: huic malo huic excidio: huic perditioni ⁊ infortunio ſubito, ſubitus ta tum. i. repentino. Nã eſt datiuus et ablatiuus nois ſubitꝰ ⁊ interdũ aduerbiũ qđ. i. ſʒ ſi mee fortune. i. mei euẽtus mei caſus ac ſucceſſus redeunt eo. i. in eum ſtatum: hoc eſt reuertuntur quaſi in peius ⁊ a proceſſu retro in deterius: vt o phanium nomen vxoris conuertit ſermonem ad eam per apoſtrophẽ abſtrahar. i. abducar eruar abs te. i. a ſocietate tua nulla via etiã optima eſt mihi expectanda: quia ſine te viuere nõ potero. Geta. ergo antipho cũ iſtec ſint ita: id eſt cũ tãto tempore timeas ab ea diſtrahi: tanto magis equũ eſt te aduigilare. i. accurate vigilare ⁊ inſudare: vt ibi eã cõſerues. fortuna adiuuat fortes. quod vulgo dici ſolet. Audaces fortuna iuuat. Antipho nõ ſum apud me. i. nõ ſum mei cõpos ſeu mẽtis ſane: ſeu neſcio quid agam, deeſt mihi cõſiliũ non habeo animum. Geta. at qui. id eſt ſed, certe o antipho nunc quã maxime. i. potiſſimum nũc eſt opus vt ſis apud te. i. vt ſis animoſus ⁊ prudens ⁊ ſane mẽtis. Nam ſi pater Demipho ſenſerit te eſſe timidum. i. timentem arbitrabitur: id eſt putabit te ſup. commeruiſſe. i. commiſiſſe culpã. i. flagitium quod eſt flagitione. i. increpatione dignum ⁊ ita afficiet pater vt abſtraharis ab ea quam culpa quadam duxeris: et non animi conſtantis affectu. Phedria. Hoc eſt verum. ſ. qđ tu dicis geta. Antipho. non poſſum immutari. i. nõ poſſum effici intrepidus: non poſſum effici fortis vel audax: meapte enim natura talis ſum. Geta. Quid feceris ſi quod id eſt aliquid aliud grauius: id eſt moleſtius foret nunc faciundum tibi. Antipho. Cum non poſſum hoc facere, quod eſt minus graue ſcilicet eſſe animo forti et excelſo: minus poſſem illud quod eſſet grauius ac moleſtius. Geta. O Phedria hoc quod antipho dicit mihi nihil eſt. i. nullius eſt momenti. vel ponitur oratio neutra pro maſculina. Sic hoc nihil eſt id eſt hic antipho eſt nihil. id eſt nullius momenti Ilicet: id eſt ire licet: quaſi dicat abeundum eſt ſemp enim ilicet finem rei ſignificat quemadmodum actum eſt. Ilicet aũt dicitur per ſincopẽ quaſi ire licet: ſic enim iudices de conſilio dimittebantur cum preco pronuntiaſſet ſuprema ſcilicet ilicet. Quid id eſt cur conterimus fruſtra id eſt incaſſum operam. id eſt laborem noſtrũ in eo admonẽdo: quin. i. cur nõ abeã: id eſt cur non diſcedo interrogando ⁊ terrorem antiphoni incutiendo. Uel ſi capiatur affirmatiue intelligitur ſic: quin. i. quinimo abeam: id eſt diſcedam: quaſi dicat quid tu Phedria ſis acturus neſcio. Ipſe autem ſum diſceſſurus. Phedria. ⁊ quidem. i. ⁊ certe ego abeo ſup. vel diſcedo. Antipho. Obſecro reuocantis dictum eſt qui videret eos abeũtes. Quid modꝰ interrogandi. ſi aſſimulabo id eſt ſi fingam me eſſe fortiꝰ animo. ſatin id eſt ſatis ne eſt id vtrum ſufficit. Get. garris id eſt nugaris. Antipho. contemplamini voltum: id eſt conſiderate faciem meã ⁊ videte emergat ne triſtitie ſignum. hem interiectio oſtendentis voltum hilarem fictum: ſatis ne eſt id eſt nonne ſufficit ſic diſſimulare: Geta. non ſatis eſt ſic. Antipho. Quid modus interrogandi vel quid dices vel erit ſi ſic aſſimulem vt oſtendebat ⁊ Geta propemodum id eſt fere ſatis erit ſic. Antipho quid erit ſupple ſi ſic aſſimulem? Geta ſatis eſt deinde vt agnouit iam voltum redeuntem in priſtinum ſtatum ſubdit. Hem admonentis eſt ſerua iſtud quod oſtendiſti de quo dixi ſat eſt ⁊ ſerua inquã iſtud id eſt diligenter hoc retine vt reſpondeas: id eſt rependas: referas par verbũ pari verbo: id eſt ſimile ſimili ne ipſe pater iratus cõmotus in te protelet: id eſt protrahat preueniat exagitet ſuis dictis ſeuis: id eſt terribilibus: a protelo dicitur hoc protelum ſi pro tenore ac tractu quaſi ſit quedam protractio. Protelare dicit Feſtus ſignificat propellere a greco thelotẽ qđ ſignat longe. itẽ Noniꝰ ait ꝓtelare eſt ꝑcutere ꝑturbare in

ter dũ excludere ꝛ q̃ꝗ adiuuare. An. ſcio.i.intelligo ſic eſſe faciendũ ne id cõtingat. Geta. fac rñdeas ſup. te iuui tum.i. renuẽtẽ eſſe coactũ vi.i.violentia ꝛ coactũ lege.i.per legẽ ꝛ iudicio.i.per ſententiã iudicis quã in te tulit re nea.i.intelligis qꝺ dico tibi reſpõdendũ. Sed quis eſt hic ſenex quẽ video in vltima platea.i.in fine in extremita te platee. An ipſe eſt pater.ſ.non poſſum adeſſe.i.ſuſtinere aſpectum eius ꝛ comparere ſeu ſubire vultum eius. Ge.ah. Interiectio dolẽtis qd agis.i.qd facis: aliter enĩ fugiebat.o Ant.q̃ abis.i.quo diſcedis mane.i.ſiſte pedẽ inq̃ id eſt iterũ dico tibi mane ſiſte gradũ fuge veſtigia nec pgredere vlteri⁹. An. egomet noui me et

vobis cõmẽdo Phaniã ꝛ vitã meã. Phe. geta, quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies: ego plectar pẽdẽs, niſi quid me feſellerit. Sꝫ qꝺ mõ hic nos antiphonẽ monuimus, id noſmetipſos facere opꝫ phedria. Phedria. Aufer mihi oportet: quin tu qꝺ faciã, impera. Geta. meminiſtin olim vti fuerit veſtra oratio in re incipiũda ad defendẽdã noxiam? iuſtam illam cauſam, facilẽ, vincibilẽ, optimã. Phedria, memini. Ge. Hem nũc ipſa eſt opus, aut ſi quid poteſt, meliore ꝛ calidiore. Phe. fiet ſedulo. Ge. nunc prior adito tu, ego in inſidijs hic ero ſuccẽturiatus, ſi quid deficies. Phe. age.

midum.i.e.ꝛ noui peccatũ meũ graue.i. ꝛ puniẽdũ cõmendo vobis phaniu vxorem ꝛ cõmendo vitã meã vt me excuſetis ꝛ mee honeſtati cõſulatis: ac vt non ab ea diſtrahar qꝛ tũc nulla eſt mihi vita expectãda. Phe. O Ge. qd fiet nũc abeunte antiphone. Ge. tu iam.i. mox audies lites.i.iurgia. ego pendẽs.i.ſuſpẽſus ad furcã plectar.i. ferar verberabor puniar: vñ plectrũ a plectẽdo.i.feriẽdo & inde ꝛ plage dicte ſunt. Poteſt etiã ſic intelligi. Ego pendẽs.i.luens penas ſup.plectar.i. verberabor ꝛ feriar: quidẽ ita fit: niſi qd.i. aliqd feſellerit me.i.niſi male intellexerim et mẽte cõceperim: nam hec res fallit me ſignificat hãc rẽ ignoro ſeu huius rei ſum neſcius. Sed tñ a phedria opꝫ noſmetipſos facere id.ſ. eſſe forti aĩo. qꝺ.ſ.eſſe aĩo forti monuim⁹.i. admonuim⁹. mõ.i. pauloãte antiphonẽ hic.i.in hoc loco vbi moneo iũgit cũ duob⁹ accuſatiuis qꝺ eſt ſatis notũ fieri poſſe. Phe. qꝛ geta dixerat noſmet opꝫ ꝛ ſecũ iũgerat Phedriã iõ phedria dicit. aufer opꝫ mihi q.d. noli me iũgere tecum quinimo impera id qꝺ faciã adeo ſed oĩa paratũ indicat: vt dixerit ſerno. Ge. Meminiſti.i.recordaris teneſ memoria: vt.i.qualiter olim.i.aliquando oratio noſtra fuerit incipienda in re.i. in narratiõe ipſius cauſe ſiue in materia ꝛ argumento ſeu viſceribus cauſe, vez cũ geta moneret antiphonẽ vt rñderet accuſationib⁹ primis ſe inuitũ eẽ coactũ vi lege ac iudicio ad defendendam noxiã pro noxã per epẽthesim ppter iambũ hoc eſt ad defendendã culpã: alias noxa ſignificat penã ꝛ ad defendendã i.cõprobandã illã cãm.i. illã defenſionẽ eſt ſup. iuſtã ꝛ facilem.i.nõ difficilem neq̃ inuolutã ꝛ vincibilem: id eſt que facile vincatur. Do. ꝛ optimã i.commodiſſimã ſeu aptiſſimã ꝛ equiſſimã. Uel põt ſic intelligi. Meminiſti inq̃ illã cauſam.i. defenſionẽ iuſtã facilẽ vincibilẽ ꝛ optimã. Phe. Memini.i.ſum memor illius defenſionis. Ge. hem nũc opus eſt ipa defenſiõe: ꝛ ſi qd põt inuenire ſcilicet.ꝛ excogitare opus eſt defenſione meliore ꝛ callidiore.i.ſubtiliore.pſpicaciore. Phe. fiet

Demipho ſenex. Geta. Phedria.

¶ Hic accuſatio eſt ꝛ contradictio per remotiuam qualitatem in controuerſia: vbi vite exemplum oſtenditur. quo facile perſpicitur nullam eſſe tam iuſtam et grauem patris iracundiam: que non et defenſoris fiduciam et interuallo temporis euaneſcat. In primis itaque demipho ſtomachatur de filij nuptijs: heſitans quidnam rerum agat. Tum factum Antiphonis phedria apud patrem faceciſſime defendit. Hunc Get. quoque aſtipulatur. et eidem explando factum ſeni inſultat irridet. Poſtremo phormionem Demipho vt iniuriam cum eo expoſtulet: conuenire decreuit.

Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? nec meum imperium: age, mitto imperium: Non ſimultatem meã reuereri ſaltem? non pudere? O facin⁹ audax, o geta monitor. Ge. vix tãdem. Demipho. qd mihi dicent? aut quã cauſam reperiãt? demiror. Ge. atqui reperi iã: aliud cura. Demi. an ne hoc dicẽt mihi? inuitus

i.laborabitur dabit opera ſedulo id eſt feſtinãter ſine dolo. Ge. nũc tu adito prior: id eſt ſubito prior ꝯſpectũ ei⁹ tãq̃ ſis per aliũ aditurus ego ero hic ſuccẽturiatus.i.ſuccurrere ac ſupplere defectũ parat⁹ inſidijs.i. p inſidias ꝛ fraudes. Nã inſidie ſunt deceptiões ꝛ fraudes: inde inſidioſos hoies ſubdolos dicimus. Succenturiati dicuntur q explende centurie grã ſubijciunt ſe ad ſupplementũ ordinum ꝛ eſt trãſlatio a re militari. naꝫ geta intelligit ſe ex inſidijs ſuccurſurum phedrie ſi ſit opus nõ ad infeſtandũ patrẽ antiphonis: ſed ad defendendã culpã. Ego ergo hic ero ſuccẽturiat⁹ ſi quid.i.ſi in aliquo deficies.i.obſtupeſces ꝛ nõ perſeuerabis in defenſione. Phe. Age vel fac quod dicis vel ſit aduerbium hortantis.

¶ Aſcenſius.

Illud loquar ne incẽdã taceã. Inſtigem ꝛc. nequaq̃ intelligo vt dubitet Ge. an inſtiget herũ ſic enim nõ quer at remedium eius iracũdie. Accipio aũt ſic. Quod remediũ inueniã eius iracũdie loquar ne.i.d eſt debeã ne loqui.q.d.nõ: nã ſi loquar: incendã.i.inflãmabo iracundia virũ An taceam.q.d. non: qꝛ ſic inſtigem ipſum ad iracundiã. An purgẽ me excuſando vez que facta ſunt nõ culpa mea facta.q.d.non: qꝛ ſic lauem laterem hoc eſt fruſtra laborẽ: ſicut q lauando laterẽ decorẽ vt eũ dealbet operã perdit nã lauãdo rubrior fit: aut crudũ potius quã quo magis lauatur eo lutoſior ꝛ immũdior fit. Non ergo oĩa interrogatiue leges illuc ad finem. Aufer mihi opꝫ non ſignificat noli me iungere tecũ imo contrarium potius: dictum eſt hac vult phedria. Nec dicas mihi hac factũ opꝫ: ſed dic quid vis faciã. Expone ergo ſic. Aufer mihi.i.a me hoc eſt ne dicas mihi amplius oportet hoc vel hoc facere quin tu ꝛc.

Ita ne ꝛc. In hac ſcena accuſatio eſt ꝛ cõtradictio vite exemplum oſtendit in quo ſpectabat nullam eſſe tam iuſtã ꝛ gratam iracũdiam patris quin ꝛ fiducia defenſoris ꝛ interuallo temporis euaneſcat. De. Ita ne tandẽ eſt ſup.i.eſt ne ita tandẽ hec particula tandẽ habet quiddam vrgens ꝛ accelerans vt vult Lau. Do. dicit eſſe explectiuã particulã. Eſt ne ita tandem quod antipho duxit vxorem iniuſſu meo.i. ſine autoritate mea vel ne.i.vtrũ tandem antipho ita duxit vxorẽ iniuſſu meo: nec pro ꝛ ꝛ pro nõ ꝛ o facinus audax.i.temere admiſſum.i.non revereri imperium meum age hortantis eſt ſeipſum ad aliud cogitandum omitto imperiũ: id eſt demipto imperio iterum exclamari poteſt. O facin⁹ audax non revereri: id eſt non timere meam ſimultatẽ.i.iurgium ꝛ contentionẽ ſaltem nõ pudere.i.non affici pudore que reuocaretur a tali propoſito. Uel ſic intellige ita ne tãdem antipho duxit vxorẽ iniuſſu meo nec curauit ſup. revereri meũ imperiũ.i.habere cã

